mi phyſi. Dico ſexto:eadē res numero eſt illa que
ponit̃ ex̄ in effectu p cauſatōeꝫ cū illa q̄ ab eterno in/
eſſe intelligibili inueniebat̃:⁊ rō eſt id qḋ ab aliquo
artifice ꝓcōcipit̃ idē eſt cū eo qḋ ab ipſo in eſſe reali
ponit̃:eadē.n.numero dom⁹ eſt quā vt fabricāda in/
telligit artifex cū illa quā poſtea efficit:aliter artifex
nō cōcipet id qḋ efficit. Dico ſeptio:tale eē qḋ ha/
buit ab eterno creatura a multꝭ credit̃ eē abſolutū ⁊
reale:nō nulli id reſpectiuū ⁊ rōnis faciūt:hi Auer.
illi vo Auicēne ſatiſfaciūt : qm̄ vt dixi.7.phyſi.20.
eē qḋ hꝫ forma in intellectu eſt magis reſpectiuū q̄ꝫ
abſolutū:⁊ magis rōnis q̄ꝫ reale. Quare vltimata
cōcludo reſolutōe tenēdū eſſe formas ſm eē intētio
nale hēre rōem idee:apud Auerroiꝫ nihil eſt in deo
obiectiue neqꝫ ſubiectiue qḋ ſit rō ꝓducēdi hec infe
riora:at Plato: ⁊ Theologi creaturas cogunt̃ affir/
mare habuiſſe ab eterno eē obiectiuū ꝯñs neceſſa/
rio ⁊ inſepabilr̃ eſſentiā diuinā:⁊ creature ſm tale eē
idee noīabant̃:hec ſunt que de ideis pro oportunita
te loci vobis declaranda propoſueram ⁊c.

### Tex.Cōmen.9.10.

¶Sententia textus Cōmenti.9.⁊.10.ſtat in hoc:ſi
cōſtet nō plures eſſe aīas in eodē indiuiduo ſꝫ ptes
queri ſolet vtrū animā totā an ptes pri⁹ q̄rere opor/
teat:difficile quoqꝫ eſt id determinare:q̄ naꝫ ptes a
q̄bus diuerſe ſint:⁊ vtrū pri⁹ ptes an opatōes pſcru
tari liceat qḋ ſi opatōes ꝑus ingrēde ſint:rurſus du
bium eſt ſi obiecta prius tractāda ſint:an opatōes.
Eſt cōſiderādū:ꝙ rō dubitatōis aſſignat̃ talis:cuꝫ
aīa cauſa ſit ſuarū potentiarū ⁊ ſicut res ſe hꝫ ad eſſe
ita ad cognoſci.2.methaphyſice.4.videt̃ ab aīa inci
piēduꝫ eſſe:ex alia parte: cū potentie ſint notiores
quo ad nos ſubſtantia anime:eo ꝙ ſenſibus ſunt ꝓ/
pinque:a potentijs concluditur incohandum fore:
⁊ dicit Themiſti⁹:poſſet ſane cuiq̄ꝫ ipſuꝫ totū noti⁹
⁊ manifeſtius videri q̄ꝫ membra : quia in magnitu/
dine quoqꝫ prius ipſaꝫ integritatē q̄ꝫ ptes ſenſu pci/
pimus:in docēdo quoqꝫ ab vl̄ibus ſemp perinde ac
euidētioribus ⁊ clarioribus auſpicamur: econtrario
neſcio quo naꝫ modo partes vident̃ eſſe notiores q̄ꝫ
totū:naꝫ priora ſemp initia ij ſunt que de initijs ꝓ/
deunt:totū porro ex ptib⁹ ꝓdeat neceſſe eſt. Am/
plius dicit Auer.comēto.ix.in q̄buſdā.n.ſunt mani
feſte ⁊ in q̄buſdā latentes:verbi gratia inter intelle/
ctum ⁊ imaginatōeꝫ ⁊ inter imaginationē ⁊ ſenſum.
Senſus eſt:inter intellectū ⁊ imaginatiuaꝫ occultū
exiſtit diſcrimē. Tum q: p imaginatiuaꝫ ſepe intelli/
git̃ intellect⁹. Tū q: vtraqꝫ recipiunt in abſentia:in/
ter imaginatiuā aūt ⁊ ſenſuꝫ eſt manifeſta differentia
cum ſenſus ſoluꝫ recipiat ꝑſente ſenſibili: imagina/
tiua aūt preſens ⁊ abſcēs dignoſcat ſenſibile:quare
parduū erit differētiam aſſignare inter virtutes aīe:
cuꝫ vna includatur in alia.2.de aīa.13.31. Rurſus
aduertendum: dicit Comētator comēto.x.⁊ dubitat
in talibus:q: oportet ire de eis que ſunt magis nota
apud nos ad ea que ſunt latentiora apud nos:⁊ in
hoc differunt ſcientie:ſciaꝝ.n.in.q̄buſdam ea q̄ ſunt
magis nota apud nos ſunt ꝓcedētia:vt in mathema
ticis ⁊ in quibuſdaꝫ ecōtrario:vt in quibuſdam que
cōtinent̃ in ſciētia naturali. Senſus eſt: cum in aliq̄/
bus ſcientijs cauſa ſit notior effectu ⁊ nobis ⁊ natu/
ra:in aliquibus effectus ſint nobis cauſis certiores:
certi eſſe non poſſumus vnde in facultate ſumenduꝫ
ſit exordium:cauſe autē natura notiores dicūtur:q:
ab ipſis natura incipiat operari ⁊ iter cauſas vniuer
ſales ⁊ min⁹ vniuerſales:minus vniuerſales exiſtūt
prius natura:cuꝫ natura intendat primaria intentōe
operari p cauſas min⁹ vniuerſales vt dixi.j.phi.iij.
Iterum obſeruandum eſt ſm Albertū:a totis ſen
ſatis incipiēdū eſſe:in totis occultis ecōuerſo:potē
tia quoqꝫ actiua operatōe eſt notior paſſiua: ecōuer
ſo:vnde ab obiecto:inde ab operatōibus: inde a po
tentijs. Contra qualitates elemēti prius nobis ino/
teſcunt ipſo elemēto:ergo a totis ſenſatis nō eſt inci/
piendū:ſunt.n.qualitates elemēti potētie elemēti.
Item de obiectis virtutū actiuaꝝ prius diſſeritur:
ergo nō eſt potentia actiua notior obiecto. Solutio
eſt:ad primū:qualitates de tertia ſpē certiores ſunt
elemēto:de ſecūda ignotiores:prius igit tota ſenſa/
ta tractanda occurrunt q̄ꝫ eoꝝ nāles potētie: quali/
tates prime elemētoꝝ nō exiſtūt nāles potētie eoꝝ:
at in ipſis tales potētie ſubiectant̃:exiſtimo ēt nāles
potētias alias fundari in ſba alias in q̄litatibus pri
mis. Vel dico ꝙ q̄litates elementi: q: ſunt ſūme:nō
agūt in ſenſuꝫ:ſꝫ cū corrūpunt:agūt igit̃ ſcōm corru/
ptionē nō ſcōm ſenſuꝫ. Ad ſcōm:cū ab obiecto virtu/
tis paſſiue exordiū ſumit̃: eſt pceſſus pp qd: ⁊ a ma/
gis actuali:qñ incipimus ab alimēto obiecto virtu/
tuꝫ actiuaꝝ vtimur pceſſu q: ⁊ a minus actuali.

### ¶Tex.comenti.11.

¶Sententia textus cōmenti.11. talis eſt. Demon/
ſtratio quia ⁊ demonſtratio ppter quid ſunt duo mo
di procedendi quibus artifices vtuntur: in naturali
tamē philoſophia magis famoſuꝫ ire de poſteriori/
bus ad precedentia q̄ꝫ de precedentibus ad poſte/
riora:vnde diffinitio cauſa eſt ⁊ medium in demon/
ſtrandis paſſionibus potiſſimum:accidentia quoqꝫ
eſſentialia que eſſentiam concomittantur ⁊ manife/
ſta per ſe ducūt intellectum in cognitionem diffini/
tionis. Eſt primitus obſeruādū: teneo diffinitio/
nem ſubiecti mediuꝫ eſſe in potiſſima demonſtratio/
ne:cum enim ipſa ſit principium eſſendi erit ⁊ prin/
cipium



cipiuꝫ cognoſcendi:oīs ēt paſſio mediate predicat̃
de ſubiecto reſolubili ergo eſt demōſtrabilis ď ſubie
cto:dicit aūt diffinitio ſubiecti qd ipſi⁹ ſubiecti ⁊ pp
qd paſſiōis:eſt nāqꝫ hō aīal rōnale:⁊ eſt riſibilis:q:
eſt aīal rōnale. Amplius exiſtimādū eſt vt dixi.6.
phyſicoꝝ.15.demonſtrationē q: nō eſſe demonſtra/
tionē:neqꝫ aggenerare ſciam:de quocūqꝫ.n.eſt ve/
rū dicē:hoc eſt ſcire nō ſimplr̃ affirmat̃ illō eē ſcire ꝑ/
accidēs ⁊ ſophyſticū ḡ ñ ſcire ⁊ h ē cā ꝙ ſoleo cōcede
re regreſſuꝫ ſed nō demōſtrationē circularē:q: ipſi⁹
regreſſus vnus eſt pceſſus nō demōſtratiu⁹:datur
aūt regreſſus:q: datur demonſtratio cauſe tm̄:que
(vt reoꝛ)illa eſt cuius cā eſt latētioꝛ apud nos:2.celi
35.⁊ vt vtar verbis.Themiſtij eſt illa cuius cā inco/
gnita eſt atqꝫ incircūſpecta:tenet tñ rectā ad verita/
tem viaꝫ:nō ſe ſubmittēs ad menſurā noſtri ingenij
⁊ ita approbāda eſt demonſtratio que pcedat ex no/
bis ignotiorib⁹. Rurſus:accidentia magnā pteꝫ
cōferunt ad cognoſcēdū quodqd eſt:q: duꝫ pcedim⁹
via diuiſiua ⁊ cōpoſitiua adiuuamur ꝓprijs paſſioni
bus:exēplo hec declarant̃:video hūc hoīeꝫ ridere
⁊ hunc:intellect⁹ format hanc vl̄em ꝓpoſitionē:oīs
hō eſt riſibilis ⁊ tūc ſic pcedit:hō vt ē ens vl̄'ñ ens
nō ſm:q: riſibilis: ⁊ ſic deinceps:vt dixi ſupra.5.
Iteꝝ:ꝯ id qḋ approbat:Cōmētator:vꝫ ꝙ debeāt
ſumi accidētia ꝓpria:ſolet induci hoc motiuū:capiā
tur hec ſpēs ſubſtantie.A.B.C.⁊ ſumant̃ duo acci
dentia cōia:E.⁊.F.E.ſit cōe.A.B.F.B.C.cōſtat
ꝙ.E.F.ducunt intellectū in cognitionē.B.ex quo
nō ꝯſentiunt.A.nec.C.ergo.B.ſolutio eſt:illa duo
accidentia in propoſito ſumuntur vt propria. Po/
ſtremo cōſiderandū eſt:in dictis Ariſtotelis ⁊ Auer/
rois nō paruam videri contentioneꝫ.7.methaphiſi/
ce.4.ſubſtātia eſt prior cognitione: diffinitione ⁊ tē/
pore:⁊ per eam cognoſcit̃ accidens:⁊ dicit ibi Auer
rois:ſubſtantia apud nos eſt manifeſtior accidenti/
bus.4.methahpiſice.4.ſubſtantia ſenſibilis eſt pri
muꝫ in cognitione:primo phiſicorum.3.compoſita
cauſata ex elementis ſunt notiſſima apud nos. Iteꝫ
primum cognitum in ſcientia eſt ſubiectuꝫ ⁊ eſt ſub/
ſtantia: ergo.2.methaphiſice.4.ſicut res ſe habꝫ ad
eſſe : ita ad cognoſci : ergo ſubſtantia prius cogno/
ſcetur quā accidens. Ex alia parte.7.methaphiſice
10.que ſunt minoris pfectōis ſunt prius nota:prio
phyſicoruꝫ.4.oꝫ incipere a notitia accidentium vni
uerſaliuꝫ.6.methaphyſice primo: non poſſunt ſciri
ſubſtantie niſi ex accidentibus preſenti lectione:acci
dentia magnaꝫ partem conferunt ad cognoſcendum
quodqdeſt:ergo accidēs prius intellectui preſenta/
bitur q̄ꝫ ſubſtantia. Sunt in hac materia tres opi/
niones:prima eſt ſcoti qui arbitratur ꝙ in ſenſu exte
riori ⁊ interiori recipiantur tantum ſimilitudines re
preſentatiue accidentium:a fantaſmatibus autē cau
ſatiue in intellectu tantuꝫ ſpecies accidentis:veruꝫ
quia accidens eſt effectus ſbe: per talem ſpēm po/
teſt intellectus habere aliquaꝫ notitiam ſubſtantie ſꝫ
imperfectam:ſubſtantia enim terminat dependen/
tiam accidentis:cum ergo illa ſpēs repreſentet acci/
dens dependens a ſubſtantia : per conſequens de/
terminatur illa ſpecies ad repreſentanduꝫ terminū
dependētie:voluit itaqꝫ ſcotus ꝙ accidēs exiſteret
primū cognitū:⁊ ꝙ ſubſtantia nō cognoſceret̃ per ꝓ/
priaꝫ ſpeciē ⁊ diſtincte ⁊ q̄ditatiue p ſtatu iſto:in ter/
tia diſtinctōe primi habuit Scotus hoc fundamētū
ſpēs intelligibiles cauſant̃ in intellectu a fantaſma/
tibus que ſunt ſil̄itudines tantū accidentiū:ergo nō
poſſunt cauſare ſpēs ſubſtātie: hec opinio licet in ſe
tueri poſſit:nō tñ ſatiſfacit comētatori.ij.methaphi/
ſice.j.ſi impoſſibile inq̄t eſſet intellectū noſtrū intelli
gere ſubſtātias abſtractas:ocioſe egiſſꝫ natura:quia
feciſſet qḋ eſt in ſe nālr̃ intellectuꝫ nō intellectuꝫ ab
aliquo.2.phiſicoꝝ.47.nihil eſt icognitū homini.3.
de aīa.36.hō ē felicitabilis pro ſtatu iſto ergo cogno
ſcitiu⁹ Dei. Putant Thomiſte ꝙ in ſenſibus reci
piant̃ ſil̄itudīes accidentiū tantū:verū a fantaſmate
accidentis virtute ſubſtātie a qua cauſatū eſt:⁊ virtu
te intellectus agētis pōt in intellectu ꝓduci ſpecies
ſubſtātie:veluti calor nālis virtute aīe producit car/
nem:intelliget̃ itaqꝫ prius ſubſtātia q̄ꝫ accidens:⁊ p
ꝓpriam ſpeciē:hec opinio nō ſatiſfacit Auerroi.2.ď
aīa.63.65.volenti virtutē cogitatiuā habere ptātē co
gitādi itentōes indiuiduales.x.ꝓdicamētoꝝ:vñ for/
ma nunq̄ꝫ acq̄rit ab intellectu agente eſſe intellectū
q̄n prius ab agente ſenſationē acq̄ſiuerit eſſe cogita
tū:cogitatiua.n.⁊ intellectus in eſſendo ⁊ in operan
do ſe cōcomittant̃. Voluit itaqꝫ comētator formas
ſubſtātiales ⁊ accidentales a ſenſu ⁊ intellectu pcipi
poſſe ſcōm aliud ⁊ aliud eſſe: ⁊ ſpēs ſubſtātie in ſen/
ſu exteriori nō eſt ſenſatio:ſꝫ in cogitatiua tantū:itel/
ligetur ergo ſba prius accidēte:⁊ p ꝓpriaꝫ ſpecieꝫ:⁊
habebit eſſe ſubſtātia in ſenſibus nō vltimate abſtra
ctuꝫ:ſed de his loco ſuo pertractabit̃:ſatis eſt nūc ſci
uiſſe ſubſtantiā prius diſtincte : accidēs vero prius
cōfuſſe pcipi poſſe.

### ¶Tex.comen.12.13.

¶Sententia textus cōmenti.12. talis eſt: cū intelli/
gere ſit vel imaginari vel non ſine imaginari nullus
videt̃ eſſe proprius affectus aīe ſine corpore:at hoc
certiſſimū exiſtit:operationē aīe abſtractā eſſe poſſe:
ſi operatio ꝓpria anime inueniat̃:⁊ ſi nullus ꝓprius
affectus anime exiſtat:nō eſt ipſa anima vl̄' eius ope
ratio ſeparata:ſed erit de aīa perinde atqꝫ de recto:
cui multa quideꝫ vt rectum eſt cōpetunt:veluti pun/
cto eneaꝫ pilaꝫ tangere:non tamē ipſum vnq̄ꝫ ſepa/
ratum tanget:eſt enim inſeparabile quippe: cum ſp
aliquo cum corpore ſit:⁊ ſenſus eſt: queadmoduꝫ re/
ctum eſt medio modo ſe habēs inter pure abſtracta:
⁊ materialia:ita ⁊ aīa humana:ideo exemplum Ari/
ſtotelis fuit ſuo ꝓpoſito aptiſſimum:intelligit nāqꝫ
intellectus noſter intellectione opatione penit⁹ inor
ganica:veluti ⁊ intelligentie celeſtes:ꝓpter tñ colli
gantiam quā hꝫ intelligere hoīs cum imaginatione
⁊ virtute organica aſſimilatur anima noſtra animab⁹
brutorum ſenſitiuis.
¶Auerrois.Comēto.12.prio dic̃ vtꝝ oēs actōes:⁊
paſſiones aīe nō īueniant̃ niſi p cōicationē corporis
⁊ ſint cū hoc actōes ⁊ paſſiones in rebus exiſtentib⁹
in corpore.i.nunqd operationes aīe ſint organice:⁊
colligate cum virtute organica:⁊ ſubdit Comētator
aut inuenit̃ in eis aliqd nō habens cōicationē cū cor
pore:neqꝫ indigēs in actōe ⁊ paſſione ꝓpria aliquo
exiſtēte in corpore.i.vtrū repiat̃ aliqua opatio aīe nō
organica neqꝫ colligata cū v̓tute organica:⁊ ſupplē/
duꝫ eſt:nūqd ſint alique opatōes nō cōicate corpori
colligate tñ cū virtute organica. Amplius inducit
ſecūdo Auerrois duas ꝓpoſitōes ſcitu ⁊ attētōe di/
gniſſimas:pria ē:poſſibile ē:vt aliqd ñ cōicās corpi
ſit exiſtēs in reb⁹ exiſtētib⁹ ī corpe. Scōa ē poſſibile

eſt vt actio alicuius nõ cõicantis corpori ſit non exiſtens in aliquo eoꝝ que ſunt in corpore: ſenſus prĩe eſt: intelligẽ humanũ non eſt cõicans corpori: ideſt non eſt operatio organica: ſed eſt exiſtens in rebus exiſtentibus in corpore .i. eſt colligatuꝫ cum virtutẽ organica: neceſſe eſt eiꝫ intelligentẽ fantaſmata ſpeculari: vnde cogitatiua ⁊ itellectus cõnexe ſunt ⁊ in eſſendo ⁊ in opando: ⁊ hec eſt cã ꝙ intellectꝰ humanus non dicit̃ ſimpliciter abſtractus .12. methaphyſice .51. Scõa propoſitio vera eſt de intelligere intelligentiaruꝫ: talis eniꝫ operatio nõ eſt cõicans corpori .i. nõ eſt organica: neqꝫ exiſtens in aliquo eoꝝ que ſunt in corpore .i. non colligata cũ virtute organica: ⁊ ne dẽtur plures intelligẽtie ꝙ̃ nouẽ: itellectꝰ agẽs erit Deus: a quo intellectu agẽte pendet celuꝫ ⁊ natura .12. methaphiſice .38. ⁊ qꝛ intellectus poſſibilis humanus eſt pura potentia nõ põt ſe cõprehendere per eſſentiaꝫ propriã: qꝛ tunc ipẽ eſſet ſua intellectio ⁊ per ꝯſequẽs actus: ſed hec aperient̃ .iij. de anima.

Rurſus ait Auerrois: in primo inſtrumẽto ſenſus nõ apparet paſſio manifeſta apud ſentire ſicut apparet in iracundia ⁊ verecũdia: ⁊ in alijs paſſionibꝰ: intelligẽ aũt valde latet ⁊ multã hꝫ dubitationẽ: exiſtimatum eſt .n. ꝙ paſſio eiꝰ ꝓpria nullã hẽat cõicationẽ cuꝫ corpore: ſenſus eſt: opationes virtutis cõcupiſcibilis regrunt motũ corporis realem: in primo inſtrumento ſenſus qõ vel ſit ſenſus cõis vl' cor: vel viſus qui eſt multũ ſpũalis ñ iueniũ operatio ſenſitiua que corpus realiter alterari exigat: intelligere vero hois nõ eſt opatio organica: lꝫ colligata ſit cũ viribꝰ ſenſitiuis: ⁊ ſubdit Auerrois: de vnaquaqꝫ iſtaꝝ virtutũ ſunt ſicut diximus due qõnes: quaꝝ vna eſt: vtruꝫ ſit poſſibile vt actio eaꝝ habeat cõicationẽ cuꝫ corpore aut non: ideſt vtrum ſit operatio virtutis in corpore ſeu organica poſtea ſi nõ habeat cõicationẽ cum corpore: vtrũ actio eaꝝ ſit ꝑ res ⁊ in rebus cõicantibus corpori: aut eſt de eis aliqd nõ cõicans oio .i. vtrum ſi ſit opatio inorganica: ſit deinde colligata cũ virtute organica aut nõ: verũtamẽ: ille due declarate ꝓpoſitiões his ambiguitatibꝰ abũde ſatiſfaciũt. Iterũ inqt cõmentator: hec eſt ſnĩa eiꝰ in itellectu materiali ſcilꝫ ꝙ ẽ abſtractus a corpore ⁊ ꝙ impoſſibile ẽ vt intelligat aliqd ſine imaginatõe: ⁊ nõ intẽdit per hoc: hoc qõ apparet ex hoc ſermone ſufficiẽtenus .ſ. ꝙ intelligere nõ ſit niſi cum imaginatõe: tunc enim intellectus materialis erit generabilis ⁊ corruptibilis: ſicut intelligit Alexãder ab eo: ſenſus eſt: ex hoc ꝙ intelligere nõ ſit niſi cum imaginatõe: non colligi põt: intellectuꝫ humanũ generabilẽ eſſe ⁊ corruptibileꝫ: quia operatio intellectus licet ſit cõiuncta cum imaginatione: nõ tamẽ talis operatio ẽ organica: quare Alexander errauit exiſtimans intellectũ eſſe mortalem: quia eius operatio colligata erat cuꝫ virtute organica: veritas itaqꝫ peripatetica eſt: ꝙ intellectꝰ humanus eſt abſtractus a corpore .i. non cauſatus a corpore: eius tamen operatio non eſt abſtracta: intellectus enim poſſibilis vt perfici poſſit omnibus intellectionibus fuit puꝝ potẽtiale in genere intellectuũ: habuitqꝫ colligantiam cum viribus ſenſitiuis. Et ſi dicas intellectus eſt abſtractus: ⁊ operatio ſequitur formam: ergo operatio eſt abſtracta. Solutio eſt: operatio propria ſequitur formam abſtractam: cum eniꝫ omnis intellectus ſit virtus non organica: erit ⁊ omnis intellectio operatio nõ organica: intellectus autem qui nullaꝫ habet colligantiam cum ſenſu eſt ſimpliciter abſtractus: ⁊ eius operatio exactiſſime nominat̃ abſtracta: at intellectus qui cũ ſenſibus affinitateꝫ hꝫ nõ eſt ſimpl'r abſtractus: ⁊ eius operatio propria exiſtit: non abſtracta.

Auerrois cõmẽto .13. prĩo dicit: cũ demonſtrauit ꝙ querendũ eſt prius vtrũ aliqua actionũ aut paſſionuꝫ anime ſit extra corpus: ⁊ ſi fuerit: vtrũ eſt cuꝫ eo qõ eſt extra corpus: extra omne exiſtens in corpore: ſenſus eſt: vtrũ ſi ſit aliqua operatio inorganica: illa ſit colligata cũ ſenſu: vel nõ. Dicit ſcõo: incepit demonſtrare hic ꝙ ſi fuerit aliqua paſſio anime propria .i. ſine corpore: poſſibile eſt vt ſit abſtracta: ita ꝙ illa actio aut paſſio nõ ſit in rebus exiſtentibꝰ in corpe: ſenſus eſt: ſi operatio fuerit inorganica. poſſibile eſt vt ſit abſtracta: vñ operatio propria eſt virtutĩ nõ cõſtitute in eſſe ꝑ corpus: operatio abſtracta eſt operatio nõ organica: neqꝫ colligata cũ virtute organica: omnis operatio abſtracta eſt ꝓpria: at non ois ꝓpria eſt abſtracta: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Ariſtoteles non fecit ꝯñam in propoſitionibꝰ de ineſſe. Dicit tertio: ⁊ ſi ñ habuerit aliquã actioneꝫ propriã: impoſſibile eſt vt ſit abſtracta: quãuis actio eius ſit in rebus exiſtentibus in corpore: ſenſus eſt: ſi ſit opatio organica: ipoſſibile eſt vt ſit abſtracta: qꝛ actio eius eſt in rebꝰ exiſtẽtibus in corpore .i. eſt organica: ⁊ ita ly quãuis nõ accipitur aduerſatiue: ſed poſitiue ⁊ aſſertiue. Dicit quarto: ſi aliqua actionũ aut paſſionuꝫ anime nõ indiget inſtrõ corporali: poſſibile ẽ vt ſit abſtracta: qm̃ ſi non eſt in rebus exiſtentibꝰ in corpore: neceſſe eſt vt ſit abſtracta: ⁊ ſi eſt in rebus exiſtẽtibus in corpore: neceſſe eſt vt ſit nõ abſtracta: ſenſus eſt: operatio nõ exiſtens in rebus exiſtentibꝰ in corpore .i. nõ colligata cum virtute organica: opus eſt vt ſit abſtracta: ⁊ ſi extiterit colligata: neceſſario erit non abſtracta: quare cõcludit. Cõmentator: ſi nõ ſit intelligere intẽtiones imaginabiles .i. quiditates mãles exiſtentes in fantaſmatibꝰ neceſſe eſt vt ſit actio ſempiterna ⁊ abſtracta: ⁊ ſi impoſſibile eſt vt ſit ſine imaginatione: tunc actio eius erit nõ abſtracta: quãuis intellectꝰ ſit abſtractus ab eo: duo .n. exiguntur ad opationẽ abſtractam copulatiue: non eſſe autem conſtitutum per corpus, facit intellectum abſtractum.

## Digreſſio Auerrois.

**Et eſt manifeſtum ſicut.** Digreſſio hꝫ tẽdit ad hoc vt declaret̃ moduꝫ arguendi ab oppoſito añcedentis ad oppoſitũ ꝯſequẽtis ſepenumero valere: vnde eſt aduertendũ: ꝙ a ꝯditione neceſſario requiſita nõ tñ adequata colligitur effectus cũ contingenti nõ ſimpl'r ſꝫ merito illius ꝯditõis nõ adequate: quare ꝑempto añte ꝑimit̃ oiode ꝯñs: abolitio aũt ꝯñtis limitati merito ꝯditõis nõ adequate cã eſt deſtruẽdi antecedẽs: ⁊ qꝛ ꝯñs ſublatum de ineſſe ⁊ de poſſibili nõ deſtruebat añs: iccirco fuerunt poſite regule nõ pugnãtes regulis Ariſto. ab effectu tñ ad cõditionẽ nõ adequataꝫ neceſſaria eſt cõnexio. Exemplis hec ꝺclarant̃: ſi hoc viſibile eſt aĩal: poſſibile eſt vt ſit hõ: merito aĩalitatis: ſed hoc viſibile nõ eſt aĩal ğ impoſſibile eſt vt ſit hõ. ⁊ impoſſibile eſt vt ſit hõ merito aĩalitatis: itaꝙ deſtruit̃ ꝯñs ex oppoſito añtĩ ⁊ limitatum: ⁊ nõ limitatuꝫ: ꝑempto ꝯñte limitato: ꝑimit̃ añs: nõ aũt ſi deſtruat̃ ꝯñs nõ reſtrictũ cõditione nõ adequata: deſtruit̃ añs: nõ .n. vꝫ: impoſſibile eſt vt hoc ſit hõ: ğ nõ eſt aĩal: ſed bona eſt hec illatio ĩpoſſibile



ĩpoſſibile ẽ vt hoc ſit hõ merito animalitatis ergo nõ eſt animal. Iterũ: hoc eſt quãdo tempus eſt: ergo põt menſurari tempore: ergo ſi nõ erit veruꝫ dicere: hoc eſt quãdo tempus eſt: nõ erit veꝝ dicere: poteſt menſurari tempore: nõ valet tñ: nõ põt hoc menſurari tẽpore: ergo nõ eſt quãdo tẽpus eſt: ita in ꝓpoſito: ſi ſit operatio aĩe propria: põt eſſe abſtracta: ergo ſi nõ eſt ꝓpria: impoſſibile ẽ vt ſit abſtracta. Ex hac fundatiſſima declaratiõe infero corolarie credentes Ariſto. argumẽtari in terminis cõuertibilibus errat̃ ſe: puto etiã nõ dari ꝯſequẽtiaꝫ bonã ꝯtingenteꝫ nõ neceſſariã: vt qdam volunt Themiſtiuꝫ ⁊ Auerroim voluiſſe: ceſſant quoqꝫ limitatiões modernoꝝ: volo eniꝫ regulas has Themiſtij ⁊ Auer. noſtro mõ intellectas ĩ omni mã tenere: hec ſunt que circa comẽtũ. .12. ⁊ decimũtertiũ vobis aperiẽda decreueram.

Tex. comẽ. 14. 15.

Sentẽtia. 14. 15. ſtat in hoc. Quia variatis humanis complexionibus mutat̃ ⁊ intelligere humanuꝫ intendit Ariſto. aperte cõcludere operationẽ intellectus noſtri nõ eſſẽ abſtractã ob coligantiã quã habꝫ intellectus cũ virtute organica ſibi deſeruiẽte: ⁊ cuꝫ in celo nõ ſint qualitates prime ex quaꝝ mixtione ⁊ refractõe cõſurgat cõplexio: erit intelligere celi operatio ſimpl'r abſtracta: ⁊ intelligentie celeſtes ſimpl'r abſtracte nullatenꝰ cũ ſenſu colligate. Quare ꝺ oi aĩa nõ ſimpliciter abſtracta erit ꝯſideratio penitꝰ nãlis.

Auer. comẽto. 14. dicit: oĩs paſſio facta cum alteratiõe ⁊ tranſmutatõe .ſ. corruptiua: nõ ꝑfectiua: eſt in corpore neceſſario: aut ẽ virtutis ĩ corpore: ⁊ hoc ideo dictũ eſt: qꝛ paſſio corruptiua prĩo ⁊ ꝑ ſe cõmitt̃ in corpe: ꝑ ſe nõ prĩo in virtute corporea. Preterea ẽ aduertẽduꝫ ꝙ lꝫ intellectꝰ poſſibilis ſit receptiuus de nouo: non tñ ſubijci põt alterationi reali: in ꝑte .n. aĩe cõprhenſiua nõ ẽ trãſmutatio: neqꝫ alteratio: qꝛ cognitio potius eſt relatio ꝙ̃ qualitas vt dixi .7. phi. 20. quare cum ĩtellectus poſſibilis ſoluꝫ recipiat in eſſe intentõali: nullo pacto in eſſe reali: cõprehenſio nõ eſt aliqd factuꝫ in ſe ſed in reſpectu ad nos: ⁊ hec oĩa pendẽt ex hoc fundamẽto: vna forma numero realiter in mã ſcõꝫ eſſe reale: in ĩtellectu exiſtit ſcõm eſſe abſtractũ intentõale: ſi .n. nõ eſſet eadẽ forma numero ſub diuerſis eẽ in re ⁊ ĩtellectu forma in ĩtellectu real'r diſtingueret̃ a forma in re: cũ eſſent in ſubiectis realiter diſtictis. Amplius ſolent hic ĩduci due difficultates. Prĩa ẽ: vtrũ corpꝰ equal'r cõcurrat ad paſſiões ꝯcupiſcibilis ⁊ ſenſitiue. Solutio ẽ: corpꝰ ſm̃ tẽperamẽtũ ⁊ diſtẽperamẽtũ ad paſſiões cõcupiſcibiles ꝯducit: at ſenſatõibꝰ vero deſeruit ſꝫ tẽperiẽ: iõ ſenes: ꝓpter magnã quã habent itẽperiẽ: cũ ſint multũ terreſtres: magna cũ difficultate percipiũt. Scõa difficultas ẽ. ꝑ politicoꝝ: aĩa eſt dñã corporis: hic Ariſto. aĩaꝫ ꝯſtituit corpori ſubiectã. Solutio ẽ: aĩa itellectiua ẽ ſubiecta corpori: quatenus neceſſe ẽ itelligentẽ fantaſmata ſpeculari: ẽ v̊o aĩa dñã corporis: qm̃ rõ dñat̃ appetitui: vbi .n. appetitꝰ inclinat ad malũ: rõ ſꝑ ad optima ducit. Poſtremo ait Auer. comẽ. 15. maĩfeſtũ ẽ ꝙ ꝯſideratõ ꝺ aĩa ẽ nãl' aut de oi aĩa: ſi oĩs aĩa ẽ tal': aut ꝺ aĩabꝰ q̃ ꝺclarãt eẽ mãles: docuimꝰ ĩ pͥcipio lectionũ q̃ aĩa ſit ꝺ iure qditatiuo nãlis phi: q̃ methaphi: oẽs tñ aĩas ea lege qua aĩe ſunt intrare ꝯſideratiõeꝫ nãleꝫ: ⁊ cũ aĩe declarate eẽ mãles ſolũ qditatiue a nãli ꝯſiderent̃: ⁊ intellectꝰ poſſibilis ꝑtineat ad nãleꝫ: aſſero intellectũ poſſibileꝫ formã eẽ mãleꝫ: hac rõne: qꝛ vnit̃ materie in potẽtia.

Tex. comẽ. 16. 17. 18.

Snĩa. 16. 17. 18. ſtat in hꝫ. Quia tractare dĩaꝫ ĩter mõs diffiniẽdi qbꝰ varij artifices vtũt̃ ad logicũ ſpectat: iccirco Ariſto. digrediẽdo aliqtenꝰ a propoſito introducit differentiam inter artifices quantum ad modos diffiniendi: his propoſitionibus: dialecticꝰ per formam diffinit: naturalis per materiam: iſte diffinitiones ſunt logicales: ira eſt doloris vlciſcendi cupiditas: domus eſt cuſtodia ⁊ defenſio a ventis: imbribus: caloribus: frigore: he vero naturales: ira eſt ebulitio ſanguinis circa cor: domꝰ ex lignis ⁊ lapidibus integratur: ⁊ diffinitio que materiam complectitur ⁊ formam naturalis omnino cenſenda eſt: alia propoſitio eſt: paſſiones non abſtractas vt ſunt a natura: ſpeculatur naturalis: vt vero ab arte ⁊ voluntate dependent: conſiderantur ab artificibus mechanicis: at mathematicus ꝑſequitur ea que ſunt abſtracta ſm̃ rationem tantum: diuinus abſtracta tam ſm̃ eſſe ꝙ̃ ſm̃ rationem: ſed quicquid ſit: ſatis eſt habere paſſiones ꝯcupiſcibiles non eſſe abſtractas ſm̃ eſſe: neqꝫ ſm̃ diffinitionem: in quaruꝫ paſſionũ rõnibus neceſſario ponẽdum eſt ſubiectum.

Auerrois Cõmento. 16. primo dicit: intentio alicuius eſt hoc .i. vt mihi videtur intentio alicuius ſm̃ ꝙ eſt ens eſt hoc: ⁊ ſubdit pauloPoſt: neceſſe eſt vt illa intẽtio ſm̃ ꝙ eſt hoc exiſtat in materia que habeat talem diſpoſitionem .ſ. que ſit hoc etiam ⁊ ſit per aliquam intentionẽ exiſtentẽ in ea: ⁊ ſicut neceſſe eſt vt intentio exiſtat in materia ſm̃ ꝙ eſt hoc: ita neceſſe eſt vt ſit modus acceptionis eius in diffinitione ⁊ ſi non: erit accepta intẽtio alio modo ab eo ꝙ̃ eſt: ſenſus eſt: forma lapidis ſm̃ eſſe intentionale ſm̃ quaꝫ lapis eſt ens: eſt hoc. ideſt eſt forma lapidis exiſtẽs in materia lapidis: vnde eadem numero forma ſm̃ eſſe reale eſt principiuꝫ indiuiduationis: ſm̃ eſſe abſtractum eſt principium vniuerſalitatis: ⁊ hec eſt cã ꝙ Auerrois dicit hic: neceſſe eſt vt illa intentio ſm̃ ꝙ eſt hoc exiſtat in materia. Amplius dicit .2. Cõmentator: qui accipit materiam in diffinitione ⁊ dimittit formã: diminute accipit: qui auteꝫ accipit formam ⁊ dimittit mãm: exiſtimat̃ ꝙ dimittit aliqd non neceſſariũ: ſꝫ nõ eſt ita: qm̃ forma dꝫ accipi in diffinitionibꝰ ſm̃ diſpones qbus exiſtit. Senſus eſt: cũ forma ſemꝑ cũ mã intelligat̃ .4. phyſi. 16. 3. de aĩa. 9. vñ eadẽ cognitõe cognoſcit̃ forma ⁊ mã: forma ꝑ ſe: mã ꝑ accidẽs: veluti ⁊ eadẽ intellectõe intelligit̃ vl'e ꝑ ſe ⁊ ſingulare ꝑ accidẽs: quare forma cũ ſit tota qditas rei ⁊ eſſentia: mã ponit̃ in diffinitõibus rerũ nãlium tamꝙ̃ vehiculuꝫ ⁊ defferens formam.

Auerrois Cõmento. 17. prĩo dicit: qõ aũt ex iſtis formis ⁊ paſſionibꝰ nõ eſt ꝑ mãm: ſed ꝑ volũtatẽ cõſiderandũ eſt ab artificibꝰ mechanicis: vt carpẽtario ⁊ medico: ſenſus eſt: paſſiones vt ſunt a nã: a nãli cõſiderant̃: vt ꝑ artẽ: a carpẽtario ⁊ medico. Eſt aũt medicus artifex mechanicꝰ quantũ ad opari: nõ quãtuꝫ ad ſciẽduꝫ qualitatẽ ⁊ modũ opandi: vñ ſoleo dicere medicina vt eſt acqſita ex aſſuefactõe ⁊ experiẽtia ſingularũ eſt ars mechanica: eſt ꝺinde ſcĩa: quatenꝰ in ea tractant̃ ꝓpoſitões ꝑ quas hõ dirigit̃ in opus propinque vel remote: habitui naqꝫ practico duo actus correſpondẽt: elicitus .ſ. ⁊ directus: merito actus eli

giti eſt habitus practic⁹ ſcientificus: rōne actus directi: talis habitus mechanic⁹ dici pōt. Ampli⁹ inqt Auer. ea que intellect⁹ intelligit ſm abſtractionē a mā lʒ in rei veritate nō ſeparent: a mathe. ꝯſiderant de formis aūt que ſunt abſtracte in rei veritate. i. ſm eſſe ⁊ intellectū ꝯſiderat prim⁹ phs: ſenſus eſt: quedam ſunt abſtracta a materia tam ſm eſſe q̄ʒ ſm rationem: ⁊ de his eſt methaphyſica: ſunt ⁊ alia que a materia ſenſibili ſunt abſtracta ſm rationem tantum: non ſm eſſe: de quibus agit mathema. quedaʒ a mā ſimplr ſeparari nō pñt: nec ſm eſſe: nec ſm rōnem: pñt tñ abſtrahi ab hac vel illa mā ⁊ ita de reb⁹ nālibus pōt tractari ſcientifice: ⁊ hec eſt cā: vt ſoleā dicere: vnūquodqʒ eſſe intelligibile: quatenus eſt a mā ſeparabile aliquo iſtoꝝ trium modoꝝ. Et infero corolarie: ſi volumus ordinē abſtractōis in trib⁹ his diſciplinis ſpeculari: hic erit ordo. Diuin⁹. Mathematicus. Naturalis: ſi ordinētur merito eorum que ſunt nobis magis ſenſata: hac lege diſponētur. Nālis. Mathe. Diuin⁹: qr cū determinare de diia ꝯſideratōis iter artifices ſit mun⁹ logicale vt Auer. aſſerit Cōmēto. 18. tēpus eſt: vt expedita pria ſumma: antiquorū opiniones ſūmatiʒ reſſerātur: ⁊ dicebat Auerrois. 1. phyſicoꝝ. 16. in logica declarat differētia iter artifices in vli: in hac parte in ſpāli: ⁊ opinat lynconiēſis ꝙ iſta pſcrutatio pertineat ad logicā iſtis diſciplinis applicatā: que logica eſt quaſi mediū inter logicam docēteʒ ⁊ ceteras facultates: ⁊ eſt logica vtēs aut inſtrumēto aut maxia in logica declarata: q̄ ſm ꝙ diuerſis ſatiſfacit facultatib⁹: diuerſa ſortitur noia vt dixi prio phyſicoꝝ. 35. Poſtremo aduertēduʒ: ꝙ dyaleticus alius eſt docēs: ⁊ eſt ille q ꝓprias cōcluſiones deducit ex primis: veris: imediatis: prioribus: notiorib⁹: cauſiſqʒ cōcluſionis: alius eſt vtens: vtens: alius inſtrumento: alius maxima propoſitione in logica declarata: vtens inſtrumēto eſt duplex: eſt vtens inſtrumento pluribus facultatibus cōi: veluti eſt modus diffiniendi p genus ⁊ differentiam: ⁊ demōſtratio: eſt ⁊ vtens inſtrumēto vni tm̄ diſcipline deſeruiēte: ſicut eſt modus diffiniēdi p mām: qui pho nāli dūtaxat cōcedit: diffinitio ex genere ⁊ differētia logicalis vocat: cuʒ talis modus diffiniendi nulli artifici appropriet: retinet nomen cōis artificis: at diffinitio p mām nālem: nālis cenſetur: quia nāli appropriatur: hoc fundatiſſimo documēto intelligetis cur peripatetici appellauerint diffinitiōeʒ ex genere ⁊ differentia logicalem: eā vero que eſt per mām: nālem: cum tñ nihil ſit ꝙ poſſit ſubterfugere ambitū ſecūdaꝝ intētionū de qbus diſſerit logicus. Hec igitur ſunt que huius prime ſumme ꝓpoſitōes (vt reor) relictis ſupfluis reſolute manifeſtant.

¶ Tex. Cōmenti. 19. 20. 21. 22. 23. 24.

## T ōbem⁹ p̄dicet.

Preſenti ſumma que eſt a Textu Cōmē. 19. vſqʒ ad. 36. varie antiquoꝝ de aīa refferunt ſnie: veruʒ qꝛ aīatum ab īaīato motu: ⁊ ſenſu differebat: iccirco alij diffinitiōeʒ aie motu: alij ſenſu collegerunt: alij motu ⁊ ſenſu a. 20. vſqʒ ad. 25. ducunt opiniōes eoꝝ q motu nām aie inueſtigauere: ⁊ ſnia ſtat i hoc. Democritus. Leucippus. Pythagoras: exiſtimantes nihil mouere poſſe niſi ⁊ moueatur: putarunt animam mouere ⁊ moueri. Democritus animam ex athomis compoſitaʒ fecit: q erāt nature ignee ⁊ figure rotūde: ſūt nāqʒ athomi ignei actiuiores ⁊ ſomaliores ceteris: figura qʒ rotūda motui ad oēm diiaʒ poſitōis apta exiſtit. Leucippus aiam nature aeree fecit: qꝛ vita reſpiratōe ꝯſeruat. Pythagorici aiaʒ dixerūt eē corpuſcula q agitāt i aere: nōnulli illa vtutē corpuſcula mouentē. Anaxagoras dixit aiaʒ mouere oia: cōceſſitqʒ intellectū ſeparatū ⁊ imixtū q alia moueret: eo nō moto. Democrit⁹ itellectū eē ſenſuʒ palaʒ affirmauit: at Anaxagoras min⁹ clare id idicauit.

¶ Auer. cōmēto. 19. dicit: eā q habent de aia talē diſpoſitionē: ſunt duo ſenſus. ſ. ⁊ motus: aiatuʒ. n. non differt ab inaiato niſi ſenſu ⁊ motu. i. aiatū cui ꝓcedit ſenſus: ⁊ motus nālis ad oēm diiaʒ poſitōis (augent nāqʒ aiata oia ſubceleſtia nālr) differt ab inaiato ſenſu ⁊ motu pdicto: diia ſumpta ab opationib⁹. In calce. 21. dicit: hec ē diſpoſitio quā exiſtimabāt eē propriā aie. ſ. qm̄ mouet corp⁹ ⁊ mouet ſemp: vñ nō eſt op⁹ aiaʒ moueri ſi moueat. Eſt nāqʒ aduertēdū: ſunt corpora nālia p ſe mobilia locali forme cāte mobiles p accidēs in rei veritate: intelligētie depēdentes mobiles p accidēs rudiuſcule exiſtūt: quaten⁹ videlicet orbes planetaꝝ a pria mediate reuoluūtur: pria itelligētia penit⁹ imobilis inuenit. Cōmēto. 21. dicit hoc aūt fuit pp tria: quoꝝ vnū ē in aggrēdo locū ill⁹ qō exiuit: ſcdm̄ ē ad phibēduʒ plura corpora itrinſeca ab exitu: tertiū vt adiuuet ⁊ et in expellēdo illō qō ꝯſtringit ⁊ qō cōgregat ea: ⁊ dicūt ꝙ tō fuit vita dum aial pōt facere hoc. Senſus ē: p athomos attractos ſupplet locus diſcedētiū athomoꝝ: alr ſtatiʒ diſſolueretur aia: nō pmittunt⁹ athomi pdicti athomos aie ita d facili recedere: imo athomi ex qbus aia ꝯponit vigorantur pñtib⁹ athomis attractis. Cōmēto 22. dicit: oēs ꝯuenūt in hoc: ꝙ mot⁹ ē ꝓprius aie: verūtamē ſciēduʒ ē ꝙ mot⁹ circularis ē ꝓprius aie. ſcdo capitulo de ſba orbis: adhuc ſenſuʒ: ꝙ nulla forma mouet circulariter niſi aia: pñt ⁊ aie ſubceleſtes mouere verſus oēm diiaʒ poſitōis. Cōmēto. 24. ⁊ nō eſt ſicut exiſtimauit: qꝛ nō videmus intellectū exiſtē eodē mō in oib⁹ hoib⁹: nedū exiſtere in oib⁹ aialib⁹. Senſus ē: itellect⁹ nō ē eodē mō i hoib⁹: ob varias hoiuʒ cōplexiones: qꝛ hō ⁊ bruta ſunt alteri⁹ ⁊ alterius rōnis: ideo ⁊ forme eoꝝ: ergo ſenſus ⁊ itellect⁹ nō erūt ideʒ: virtus quoqʒ ſenſitiua pcipit formas nō ſcdm̄ eē abſtractū: itellect⁹ vero abſtracta ſpeculat.

¶ Tex. comē. 25. vſqʒ ad. 36.

## Et ponētes principia anime.

¶ Snia huius ptis ſtat in hoc. Qui diffinitionē aie ſenſu ⁊ cognitōe afferebāt: aiaʒ ex principijs rerum cōſtitutā fecerunt: ⁊ hoc modo ⁊ ipſa principia ⁊ ea que ex principijs naſcebant cognoſcē poterat. Empedocles terrā aiaʒ ꝯpoſitā eē ex quattuor elemētis ⁊ amicitia ⁊ lite: ⁊ inducit Themiſtius hoc carmen non pretermittendum.

Terrea pars terras: pars vndea cōſpicit vndas.
Aethera diuʒ ether: vis ignea percipit ignes.
Pax pacem monſtrat: litem lis aſpera ſentit.

Fuit nāqʒ oium antiquoꝝ dogma: ſimilib⁹ cognoſci ſimilia: ita ꝙ forma ſcdm̄ idem eſſe apud veteres in materia reperiebatur ⁊ virtute cognoſcitiua: ⁊ cum Auer. dicit comēto. 25. ſed fuit cōtentus dicere reʒ loco cōſequentis. i. valebat iſta cōſequētia quidam ponebant principia plura vno: ergo aia ex multis pncipijs cōſtituta erat: ſed Ari. in textu poſuit rem. i. aūcedēs loco cōſequētis: ⁊ paulopoſt inquit Auer. ⁊ quidā eoꝝ qui ponebāt vnū principiū: ponebāt vnā aiam: ſed fuit cōtētus hic cōſequēte loco rei: ecōuerſo ei qō fecit prio. i. Ariſtoteles in textu dixit: qdaʒ ponebāt vnaʒ: ⁊ dedit intelligere ꝙ illi qui. vnū tm̄ principiuʒ concedebāt: faciebāt animam ex vno tantum principio cōſtitutaʒ.

¶ Textu Cōmenti. 26. Plato in timeo aiam ex elementis cōſtare putat: ſimile nāqʒ eius quoqʒ ſentētia ſimili cognoſcebat: ⁊ addit Auer. pricipia cognoſcunt p ſua ſimilia ergo principia dignoſcuntur per pricipia: ⁊ cum cōiungemus huic ꝙ anima cognoſcit res p principia earum: continget ex hoc ꝙ anima ſit principia: hec enim ſunt ꝓprietates ꝯuertibiles. Amplius arbitrabat Plato aial ipſum ex ipſi⁹ vnius idea ⁊ ex longitudine pria ⁊ latitudine ꝓfunditateue ꝯſtare: cetera vero ſimili mō: ⁊ addit Auer. ⁊ opinabat ꝙ longitudo cōponit ex dualitate: qꝛ linea fit ex duob⁹ pūctꝭ: ⁊ latitudo ex tritate: qꝛ fit cuʒ lōgitudie ex trib⁹ pūctꝭ: ⁊ ſpiſſitudo ex q̈ternitate: qꝛ fit cū longitudie ⁊ latitudine ex q̈ttuor pūctꝭ: qm̄ cuʒ opinabat ꝙ numeri ſunt principia oium: fuit neceſſe apud ipſuʒ vt pncipia numeroꝝ ſint principia generū eſſe ſenſibilis: ⁊ alij numeri q opponunt ex pncipijs ſint principia ēt rerū particulariū: itaqʒ principia aialis ſimplicis eſt pria vnitas: ⁊ pria dualitas ⁊ trinitas: ⁊ quaternitas: pncipia aūt alioꝝ aialium ſunt alij numeri: ⁊ dicebat Themiſtius: dixi veras vnitates ac ſimplices: qꝛ numer⁹ qui ad incorporea pertinet nō ꝯſtat ex ijs vnitatibus que corporali nature mortaliqʒ tribuūtur: nullum. n. corp⁹ pfecte vnū eſt: qꝛ diſtrahi pōt ſubinde in plura vno: imo īfinite ſecari: quaobrē numeruʒ illū tanq̄ʒ ex ſpēb⁹ ⁊ formis collectū formalē ſeu ſpecificū appellabant: ꝗqʒ ei⁹ generꝭ nūeros vt rerū formas ⁊ ſpēs pdicabāt: atqʒ huic ſnie verſus ille d proximo cōgruit queqʒ ſuos retinēt numeros: numero oia ꝯſtant: elemēta igitur mundi intelligibilis quem p ſe alter vocāt: prima ⁊ ſumma ex ſpecificis numeris prodire ideas: vni⁹ ideam: primi binarij: ideam primi trinarij: ideā primi quaternarij: qūo. n. neceſſe eſſet vt in mūdo intelligibili idee ⁊ principia mundi ſenſibilis ſpectarent ſenſibilis aūt mundus ex longitudine: latitudine: ꝓfunditate cōſtaret: ideā longitudinis primuʒ binariuʒ ſtatuerūt: qꝛ vnius ad vnū directio. i. a puncto ad punctū extractio longitudo eſt: longitudinis ⁊ latitudinis iunctim ideā primū ternioneʒ: ⁊ hʒ latitudo rōnem ternarij: qꝛ nunq̄ʒ eſt aſſignare ſupfitiem rectilineā: quin ibi ſit inuenire tertiū punctum: itaqʒ triāgulus in quo figurant tria puncta eſt pria figurarum rectiliniarū: profundū aūt ſeruat primuʒ quaternariū: nam poſteaq̄ʒ cōſtituim⁹ ſupficiē trilaterā: vbi eſt figurare tria puncta: ſi cupimus formare corpus: opus eſt aſſignare quartū punctuʒ: ⁊ fiet piramis: eſt eniʒ piramis pria ſolidarū: veluti triāgulus eſt prima ſupficialiū: quare cū idee ſint quiditates ⁊ principia ſenſibiliuʒ: longitudo: latitudo ⁊ altitudo prius reſeruant in ideis q̄ʒ in his ſenſibilib⁹: idea ergo longitudinis eſt pria longitudo: ⁊ idea dualitatꝭ idea latitudinis ē pria latitudo ⁊ idea ternarij: idea vero altitudinis eſt pria altitudo ⁊ idea quaternarij.

Poſtremo inqt Auer. ⁊ dicūt ꝙ opinio Platonis in timeo d aia eſt ꝙ aia eſt nā media. ſ. inter formas abſtractas idiuiſibiles ⁊ int formas ſenſibiles diuiſibiles ſʒ māʒ: Themiſti⁹ aūt dicebat ꝙ Plato intēdebat p iſtaʒ nām mediā intellectuʒ inter oēs ptes aie: cum ſuū eſſe ſit mediū inter formas māles ⁊ abſtractas: cū igitur aia humana incorporea cōprehēderet ⁊ corporea: exiſtimat aiam cōponi ex partibili ⁊ impartibili: verūtñ ſciendū eſt ꝙ rō aie media eſt inter formā abſtractā ⁊ formā penitus mālem. 2. celi. 3. cuʒ rōeʒ aie potius ꝯſequat appropriatio q̄ʒ abſtractio.

¶ Textu comēti. 27. Erat ⁊ aliō genus quo veteres de aia ſolebāt exponere. cum. n. aia pluribus vtatur poteſtatibus ad capeſcēdas rerū cognitiones: intellectu: ſciētia: ſenſu: opinione: eam cōpoſitaʒ ex vnitate: dualitate: trinitate: ⁊ quaternitate fecerūt. Dicit Auer. per intellectū intendit primas ꝓpoſitiōes ⁊ dixerūt ipſum eſſe vnum: qꝛ ſcire propoſitiōes eſt vnius ſcientie. i. vnius actus: quo pricipijs aſſentimus: principia. n. cognoſcim⁹ quo terminos cognoſcimus. 1. poſte. capi. 2. ⁊ intendit per ſciam: ꝯcluſionem: ⁊ dixerunt ipſaʒ eſſe dualitatē: qꝛ eſt proceſſus ab vno ⁊ ad vnū: ⁊ dixerūt ꝙ exiſtimatio ē numerus ſuperficiei. ſ. trinitatis: eſt. n. ab vno ad duo: naʒ cōcluſio in eo eſt vera ⁊ ſepe falſa: opinione. n. qs pōt ⁊ vero cōſentire ⁊ falſo: ⁊ dixerunt etiaʒ ꝙ ſenſus eſt quaternitas cum ſenſus nō habeat percipere niſi formas corporales.

¶ Textu comēti. 18. Cum igit aia motiua eſſet ⁊ cognoſcens: qdam aiam numerū ſeipſuʒ mouentē aſſeruerunt: hi ex eo ꝙ numerū vocabant intelligi volebāt cognoſcēdi viʒ que haberet in aia: ex eo vero ꝙ ipſum ſe mouentē dicebāt facultatē eius mouendi ⁊ agitādi monſtrabāt: porro oēs q propriū aie conſtituūt cognoſcere ⁊ contēplari: qꝛ id nō putant aliter poſſe cōtingere: niſi ex initijs rerū ꝯſtet: prout qſqʒ diuerſa d initijs ſentiūt: ita inter ſe de aia diſcrepāt. Auerrois dicit: ⁊ maxima diuerſitas eſt in nā principioꝝ inter ponētes principia corporalia ⁊ ponentes eā nō corporalia: cum iſte due nature maxime differant: ſunt. n. forme abſtracte īmortales: indiuiduales: infatigabiles: at forme cauſate a ſubiecto caduce ſunt ⁊ diuiſibiles ⁊ fatigabiles: primo capitulo de ſubſtantia orbis.

¶ Textu Cōmenti. 29. approbāda eſt ſnia eoruʒ qui opinabant aiam eſſe ex principijs: qꝛ mouet per ſe: ⁊ dicit Auerrois: opinari. n. ꝙ natura principiorum eſt mouens p ſe rectū eſt: ⁊ dicebat Themiſtius: qd enim aut munitius: aut vero ſimilius eſt q̄ʒ cauſam vehemētiſſime agitāteʒ: mouentēqʒ cetera in numerum aliquē principioꝝ redigere. Aduertant qui negant deum effectiue mouere celuʒ: cum ſit. n. principium: ⁊ principiū appropriate loquēdo dicat de cā efficiente: primo phyſicoꝝ prio: ⁊ cauſa efficiens pncipiuʒ ſit vnde motus. 2. phyſicoruʒ. 28. mouebit de⁹ effectiue celuʒ. Amplius nōnulli aiaʒ eſſe de natura ignis putabant: quia ſubtilitas: actiuitas: ſimplicitas: mobilitas proprietates ſunt ignis que ⁊ aie palaʒ conceduntur.

¶ Textu cōmenti. 30. 31. Democritus aiaʒ ⁊ intellectuʒ ideʒ fecit: ⁊ ipſaʒ ex primis ⁊ indiuiſibilib⁹ corporibus eſſe aſſeruit: Anaxagoras vero nihil conſtāter decernit: ponit tamen intellectuʒ eſſe principiuʒ omnium reruʒ ⁊ preponit ipſum omnibus: dicit. n. ꝙ ſolus intellectus eſt ſimplex: mundus: purus. i.

abſtractus a materia:non admixtus cuꝫ ea: opinat᷑ enīꝫ ꝙ intellectus mouet omnia:⁊ ꝙ non mouetur: ⁊ dicit Auerrois:iſte ſermo eſt magis vicinus veritati ⁊ ſententie Ariſtotelis.ſ.ꝙ intellectus eſt ex principijs ⁊ ꝙ eſt cauſa cognitionis ⁊ motus eſt manifeſtum:⁊ ideo laudabit ipſum poſt multuꝫ.3.de anima 4.non potuit nāqꝫ intellectus eſſe forma materialis ſi formas omnes materiales apprehēdere poterat: verum vt Cōmētator dicebat ſupra.26.difficile poſſumus intelligere opiniones antiquoꝝ: quia non ſunt note apud nos:⁊ qui ſententias antiquorū tueri conātur:eas menti Ari.conformes faciunt:quare nō vt opiniones veteruꝫ:ſꝫ vt mens Ari.clariſſime habeatur enixiſſime eſt elaborandum.

¶ Textu Cōmē.32.33.34.35.tales mileſius: ſiue vt Auer.reffert meliſſus ꝙ primus fuit phs naturalis ſm̄ memoriā hominū:putauit animā eſſe principiuꝫ mouens per ſe:⁊ dicebat ꝙ magnes hꝫ animā: quia mouet ferrū:⁊ eſt aduertēdum ꝙ magnes nō trahit ferrū ad oēm differētiā poſitōis niſi ꝯcurrēte motore aīato extrinſeco magnetē huc illuc mouēte: vñ quēadmodū elemētuꝫ nō mouet᷑ nāliter ſimplr ⁊ per ꝑncipiuꝫ intrinſecū ad partes ꝯrias:ſed ad ꝓhibenduꝫ vacuū nihil vetat ipſum moueri verſus oēs differētias poſitionis:ita ⁊ ferrū nō mouet᷑ nāliter ſimpliciter ad ptes ꝯrias:ſed quatenus eſt alteratuꝫ a magnete nihil ꝓhibet ipſum moueri ſurſuꝫ: deorſum: ante:retro:dextrorſuꝫ ⁊ ſiniſtrorſuꝫ.7.phyſicoꝝ.10.

Amplius Diogenes aīaꝫ dixit eſſe aerē:quatenus aer elemētuꝫ erat ſubtiliſſimū ⁊ pricipiū oīum alioruꝫ:veruꝫ deceptus fuit:qꝛ eſſe ſubtiliſſimū cōuenit igni nō aeri. Iterū Eraclitus aiam eſſe vaporē credidit:tum qꝛ ex vapore erat cōſtitutio aliarū reruꝫ: tum qꝛ:vapor erat valde remotus a corpore ſeu cōtrarietate:⁊ hec duo vt inquit Auer.ſunt in ꝑncipio cōditōes.n.pricipioꝝ ſunt:nō fieri ex alijs:neqꝫ ex alterutris:ſed oīa que fiunt:fieri ex illis prio phyſi.42.pricipiū aūt māle debebat eſſe remotū ab oī ꝯrietate:prio phyſi.54.iō ꝙ vaporē ꝑncipiū dixerūt melius nām materie tetigerūt ꝗ̄ qui aliqd elemētū cōſtituerunt ꝑncipiū rerum nāliuꝫ. Item nō defuerūt qui putauerint aiam eſſe de natura celi: ⁊ ipſaꝫ eſſe aquā:cū ſperma qd eſt ꝑncipiuꝫ generatiōis ſit valde humidū:⁊ vita ēt cōſtaret humido:tandeꝫ cetera elemēta ſuos aſſertores ⁊ iudices habuerūt: ſola terra ſectorē nō habuit:terrā nemo ſeorſuꝫ vel noīauit niſi qs dixit aiam ex oibus elemētis cōſtare aut oia elemēta eſſe:⁊ prio methaphyſice prio ⁊.14.nullus phs poſuit terrā eſſe ꝑncipiū rerum nālium niſi ponentes leges:⁊ poete:Homerus vꝫ ⁊ Heſiodus:antiqui itaqꝫ aiam motu:ſenſu:incorporeoqꝫ diffinierunt:crediderūtqꝫ aiam eſſe principia aut ex principijs:ꝗ̄ꝗ̄ Anaxagoras ſolus cognatōeꝫ ⁊ affinitatē hanc ſuſtulerit:⁊ dicebat Themiſtius: Anaxagoras n.tametſi oia cognoſci ab aia cōcederet: qꝛ tñ ſincerum illū ⁊ mixtionis expertē putabat:nullam ei cuꝫ rebus quas cognoſceret:ſimilitudinē relinquebat: ⁊ ait Auer.34.Anaxagoras ſolus dixit ꝙ intellectꝰ nō recipit paſſioneꝫ.i.nō eſt materialis ⁊ ꝙ in nullo hꝫ cōmunicatōeꝫ cum alio.i.ꝙ nulla res oium quas intelligit eſt in eo:itaꝙ ſit cōmunis eis in alia forma ideſt ꝙ nō eſt hoc:neqꝫ in hoc:ideſt neqꝫ eſt corpus neqꝫ eſt virtus in corpore: ⁊ hoc nullus aſſerunt niſi Anaxagoras:ſed non dixit Anaxagoras quo modo ꝯtingit ei vt intelligat omnia:vtrū ſm̄ ꝙ eſt in actu aut ſm̄ ꝙ eſt in potētia:neqꝫ dixit ēt qua de cā intelligit res que nō ſunt intellectus in actu:ſed de his 3.de aīa ptractabitur. Et pro nūc eſt aduertēduꝫ ⁊ multuꝫ vtiliter:ꝙ oīs intellectio ſiue ſit ꝑ eſſentiam: que eſt forma abſtracta:ſiue nō ꝑ eſſentiaꝫ: recipitur in intellectu noſtro qui eſt pura potētia in genere intellectuū:ſunt aūt forme māles intellectōes nō per eſſentiā:⁊ nō intellecte actu:qꝛ habēt aliud eē in re: aliud in aia: de quauis igit᷑ forma ꝑterꝗ̄ de intellectu humano eſt verum dicere ꝙ eſt intellectio:⁊ hoc fuit inſtitutū a nā:vt ipſe cōmode ⁊ expedite potuiſſet ſuſcipere oēs intellectōes:quare intelligebat oīa ſm̄ ꝙ erat pura potētia:⁊ qꝛ intelligere humanū colligantiā habebat cū ſenſu:iccirco poterat intelligere res que non ſunt intellectus in actu.i.formas materiales:que intellectōes nō per eſſentiā fiunt fauore ⁊ beneficio intellectus agētis procurātis.Hec itaqꝫ ſunt que a maioribus de anime natura tradebantur: deinceps condemnabūtur multa que conſtanter aſfirmabat antiquitas.

¶ Tex.comē.36.vſqꝫ ad.44.

Debemus igit᷑ priꝰ perſcrutari. ¶ Preſenti ſumma que eſt a Textu comenti.36.vſqꝫ ad.95.ꝯtradicit Ariſtoteles veteribus qui de aia nō recte ſcripſerunt:at a.36.vſqꝫ ad 44.inducuntur due ꝓpoſitiones. Prima eſt: nō ē neceſſariū id omne moueri qd mouet. Secūda eſt:non pōt aia a ſe:nec ab alio per ſe moueri. Ducit Auer.36.non conſtituit᷑ aie per motum: vt plura entia:ventus.ſ.⁊ fluuius: fuerūt enim qui dixerunt ventū eſſe aereꝫ motuꝫ:⁊ fluuium aquā motā exiſtere:quos improbat Ariſto.2.methoꝝ.vnde ſi vētus eſſet aer motus:exiſterent venti cōtinui:⁊ ſimul oēs flarent:eſt ⁊ aer calidus ⁊ humidus:ventus aūt calidus ⁊ ſiccus:quare exēpluꝫ ponit Cōmentator non vt ita ſit:ſed vt aſſentiāt qui addiſcunt.Vel dicēdum eſt vt ſcribit Cōciliator problemate.17.quinte particule:nihil prohibet quin aliqualiter poſſit dici ꝙ vētus ſit aer motus: ſicut etiam pōt aliqualiter dici ꝙ fluuius eſt aqua mota:veluti etiā dicit᷑ ꝙ ambitioſus ē qui appetit honorē:hoc tñ nō ſufficit:imo ꝑmo oꝫ genus differētijs magis determinare cōtrahētibus aut qualis:aut quāti:vbi:in quo. Amplius inquit Auerrois:quoniā aūt nō eſt neceſſariū vt aliqd moueat ſe:declaratū eſt prius in naturalibus. Senſus ē:ratio principiandi motū actiue:⁊ ratio principiandi motū paſſiue ſemꝑ re inueniūtur ſeiungi: ⁊ nō oꝫ id moueri quod mouet:forme.n.abſtracte mouēt nō mote:forma nāqꝫ queuis motiua eſt:illa tñ mouet᷑: que ineſſe per ſubiectū cōſtituitur.

¶ Sētētia.37.ſtat i hoc.Quicquid mouet᷑ aut mouetur per ſe:aut mouetur:quia eſt in moto.i.per accidēs:equitātes in naui mouētur:quia ſunt in moto: animal mouet᷑ ꝑ ſe etiaꝫ ſi moueat᷑ ꝑꝑ pedes: motus eiꝫ nō attribuitur hōi eſſentialiter niſi ꝑꝑ hec mēbra ⁊ iſte motꝰ ñ iuenit᷑ i equitātibꝰ i naui. Dicit Auerrois:debes ſcire ꝙ illd qd dicit᷑ moueri:qꝛ eſt i moto:eſt duobus mōis:modo qui eſt poſſibilis vt moueatur per ſe:⁊ modo q eſt ipoſſibilis:⁊.8.phyſicoꝝ 27.dicit:illud quod mouetur per accidens principaliter



eſt omne quod dicitur moueri:quia eſt in moto:⁊ hoc eſt duobus modis: modo qui eſt impoſſibile vt moueat᷑ omnino:⁊ modo q eſt poſſibile vt moueatur. Eoꝝ vero que ꝑ ſe mouent᷑:qdaꝫ mouentur ꝑ principiuꝫ intrinſecū : quedaꝫ mouent᷑ ab extrinſeco.¶ Contra:ergo elementū mouebitur ꝑ accidens.cū moueat᷑:quia eſt in medio moto. Iteꝫ rector maius mouet᷑ per ſe: quia.5.phyſicorū primo: id mouetur:per accidens quod nunꝗ̄ poteſt per ſe moueri:mouetur ſortes per partem:ſi pes eius moueatur:per ſe mouentur:que neqꝫ ꝑ accidens:neqꝫ per ꝑtem mouentur:rector igitur maius non mouetur ꝑ accidens:cum poſſit ꝑ ſe moueri:neqꝫ ꝑ partē mouet᷑:ergo mouebit᷑ ꝑ ſe.¶ Solutio eſt:non exeūdo textum Cōmenti primi.5.phyſicoruꝫ: dico ꝙ rector nauis comprehendit᷑ ſub mobili ꝑ ſe prio: ſimiliter ⁊ elementuꝫ:licet ⁊ rector nauis ⁊ elementū moueant᷑:quia ſint in moto:ſed iuxta diuiſionem huius primi de anima:⁊ gubernator nauis ⁊ elementū mouentur ꝑ accidens:quia ſunt in moto:at ſtando in diuiſione.8.phyſicorū.27.homo in naui mouetur: qꝛ eſt in moto:elementū autem mouet᷑ per ſe:licet moueatur qꝛ ſit in medio moto:⁊ ratio eſt:motꝰ elementi grauis in medio ē illi naturalis a forma eiuſdem inchoatus:motꝰ aūt rectoris nauis non eſt illi naturalis:vnde eſſentiale eſt elemento mouere ſe in medio moto:non aūt eſſentiale eſt homini mouere ſe: mouendo nauim:verum vt dixi.5.phyſicorū.2.non multū eſt curandū de nominibꝰ:quando res ipſa eſt manifeſta.

**Sententia.** 38.ſtat in hoc:ſi anima moueretur per ſe:cum omnes motꝰ ſint in loco:erit anima in loco naturaliter ⁊ eſſentialiter.¶ Auerrois dicit primo:motꝰ ſunt tres in genere:ſed ipſe dixit quattuor large quaſi enumerando additionem ⁊ diminutioneꝫ pro duobus:⁊.2.de anima.36.dicebat: anima eſt cauſa agens iſtos tres motꝰ:vbi augmentatio ⁊ diminutio vnus motꝰ conſtituebant᷑.¶ Eſt aduertendū vt dixi.3.⁊.5.phyſicorum:ꝙ motus pro formali eſt tantū paſſio:pro fluxu eſt quātitas:pro forma fluente:eſt ſubſtantia: quantitas:qualitas ⁊ vbi:vnde forma fluens propria requirit ſubiectū ens in actu:⁊ eſt quātitas : qualitas ⁊ vbi:forma fluens improprie eſt forma elementi q ſucceſſiue continue circa ſubiectum ens in potentia acquirit᷑:ſeu intendit᷑:forma fluens improprijſſime eſt forma mixti aīati ⁊ inanimati:q per minima inducitur:ideo ſucceſſiue diſcontinue ⁊ interpollate:ad modū dictū a nobis anno ſuperiori primo phyſicorum dum de minimis tractabamꝰ.¶ Amplius inqt Auerrois:ſi anima mouet᷑ : itaꝙ motꝰ inſit ipſi: erit anima corpus ⁊ in loco:⁊ cū fuerit in loco erit mota motu locali neceſſario:omne eniꝫ quod mouetur altero illorū duorum motuū:alterationis.ſcilicet augmentationis ⁊ diminutionis: mouet᷑ localiter : ſed non conuertit᷑:patet d celo.¶ Ex hoc loco ſoleo inferre correlarie mobilia ꝑ accidens denominari moueri motu fundato in mobili ꝑ ſe:⁊ non in ipſis exiſtente:ea enim que in naui mota mouentur non dicuntur moueri niſi motu fundato in naui : ⁊ dato ꝙ planete mouerent᷑ ab oriente in occidentem a prio mobili:adhuc ſaluat᷑ eos vno tantuꝫ motu moueri: qꝛ talis motus non in ipſis ſed in primo dūtaxat mobili inuenit᷑:⁊ hoc eſt qd dicit Ariſtoteles in textu: ſi anima mouet᷑ nō accidentaliter: tūc motus eſt in eo naturaliter:quaſi dicat:qñ aliqd mouet᷑ accidētalr: tunc motus non in ipſo exiſtit.

## Digreſſio Auerrois.

## Sed in verbis ē ābiguitas.

In hoc autem. Preſenti parte tractat Ariſtoteles de auditu: obiecto: ⁊ medio eiuſdẽ: ⁊. 77. introducit diſtinctionem de ſono: eſt. n. alius actu: alius potentia: vnde ſonus eſt obiectum auditus qui poſt viſum ceteris ẽ preſtãtior: ſonus qui ẽ actus ẽ ſonus actualiter actuans medium ⁊ auditum: ſonus potentia ẽ cã productiua ſoni: corpora dura habent quidem ſonum potentia: aer ⁊ auditus ſonum actu realẽ ⁊ itẽtionalẽ.

Circa. 78. quia ſonus habebat ſimul ſonum eſſe ⁊ ſuum fieri: ideo de generatione ſoni nõ aliorum ſenſibilium hic agitur. Sonus aũt eget tribus: ſi ſint corpora plana: multũ de aere expellit: ſi concaua multũ de aere recluditur: multis alijs modis generatur ſonus: vbi nõ apparent hec tria re diſtincta: patet de ſono venti ⁊ corrigie. Ruſus ẽ diligenter aduertendum ꝙ ſonus ẽ qualitas ſenſibilis prouenientes ex fractione motus aeris: ⁊ exiſtens cuꝫ illo: ⁊ eſt qualitas pmanens pendens tamẽ a motu ſucceſſiuo quo ad ſuum eſſe ⁊ cõſeruari: multa enim ſunt entia permanentia que dependent a re ſucceſſiua: vt planum eſt de veritate huius ꝓpoſitionis: ſortes ambulat. Amplius generatio ſoni eſt naturalis: cum ſit ſonus principiũ actiuuꝫ ⁊ motiuum naturale auditus: forma. n. non habet ab agente ꝙ ſit naturalis vel violenta: quia ignis violenter producitur: tñ eſt res naturalis: ſed eſt forma naturalis: ſi naturaliter educatur de potentia materie: ⁊ cũ ſonus habeat eſſe cum motu violento: remittitur in fine: pmanet tamen res naturalis. Iterũ ſonus realis ſucceſſiue multiplicatur: cũ pendeat a motu in fieri ⁊ conſeruari: vnde dicit Cõmentator: ſonũ multiplicari orbiculariter: queadmodũ ergo circulationes aque fiũt ſucceſſiue: ita circulationes aeris in productione ſoni: ſonus intentionalis ex ſe ſubito eſt multiplicabilis: ſtat tamen per accidens ipm ſucceſſiue multiplicari ſonus tamen itẽtionalis non ẽ in eodẽ ſubiecto cũ ſono reali: prima circulatio realis producit ſecũdam realem ⁊ ſimilitudine ſui: ⁊ ſic deinceps.

Sententia. 79. Auditur quideꝫ ſonus ⁊ in aere ⁊ in aqua: at vero nec aer ẽ auctor ſoni: nec aqua: ſed opus eſt vt inter ſe ſe ſolidorum corporum atq; ad aerem ictus fiat: q̃d qdeꝫ tñ ſit cum aer percuſſus permanet: neq; diffunditur quapropter ſi cito vehementerꝫ percutiatur: ſonat: opus eſt. n. vt pcutientis motus diffuſionẽ pueniat aeris: perinde atq; ſi cumulũ aut cerũ arene cũ fertur velociter quiſpiaꝫ verberet. ¶ Dicit Auer. aqua minus reddit vocem fortiter q̃ꝫ aer: quia eſt denſior aere: ideo iuxta. 4. phyſ. 71. motus debet eſſe in ea tardior: vnde ſonus eſt in aere vt in materia: non tamen agit in auditũ actione materie ſed actiõe medij

actione



actione materie ſed actione medij: actione materie ſcindit lignum: actione medij agit in ſenſum: ⁊ licet ſonus nõ cauſetur niſi in aere: tñ ſpecies ſoni poteſt per aquaꝫ multiplicari: neq; illis eſt cõſentiendum qui ſonuꝫ ſpiritualiter nullatenus crediderunt multiplicari in medio: quia natura nõ procedit de oppoſito ad oppoſitũ ſine medio: ⁊ vt omnis e medio tollatur contentio: aqua eſt mediuꝫ motus tñ: ⁊ cõfundit ⁊ prohibet ſonos: aer eſt ſubiectuꝫ ⁊ mediuꝫ ⁊ ſonos fouens atq; conſeruans. Amplius inquit cõtinget vt aer videat quaſi fixus ⁊ nõ diuiſus: per fixionem aeris intelligit vnionẽ eius ⁊ adherentiam ad percutiens vel percuſſuꝫ: ⁊ iſta eſt cauſa magni ſoni in cauernis: ibi enim aer eſt magis vnitus ⁊ nõ citto exit: ſi filum etiam corrigie aprehenderis: maiorem dat crepituꝫ: vt patet de terrefacientibus equos: nã filum aliquid attrahit ſecum de aere ex adherentia quam habet mobile ad aerẽ. Ruſus: percuſſio cum fuerit velox: precedit motuꝫ aeris. i. diuiſioneꝫ partium itaq; anteq̃ꝫ exeat colliditur: ⁊ ſi percutiẽs fuerit latum magnuꝫ cauſabit ſonuꝫ: ⁊ etiam quando aliqua duo perpendiculariter cadũt faciunt maiorẽ ſonum q̃ꝫ ſi lateraliter caderent.

Sentẽtia. 80. ſonitus ex reflexione reſultãs appellatur echo: ⁊ ſemp talis ſonus videtur fieri: ſꝫ nõ ſemper clarus efficitur: quẽadmoduꝫ enim lapis cũ in aqua proicit circulos producit qui inuenientes obſtaculuꝫ refranguntur: ita in aere circuli producti multiplicantur: quouſq; obſtaculum reperiant: quo inuento retrocedentes reflectunt: ⁊ idem iudiciũ de ſono ⁊ lumine habẽdum eſt: lumen ſemp refrangit: alioquin nõ fieret lumen vbiq;: ſed eſſent extra locũ illũ tenebre: quo radij ſolis perueniunt: verum nõ ita ſemper refrangitur: vt vmbram efficiat: qua terminãre lumen ſolemus: qd quidem fit cum ab aqua vel aere: ceteriſq; lenibus repercutitur.

Cõmentum. 80. quibuſdam dictis declaretur: ⁊ primo dicendum eſt ꝙ reflexio ſoni non fit in aere primo percuſſo: ſed in forma ⁊ figura prime pcuſſionis: reuertitur nãq; ſonus in echo ſm formaꝫ primi ſonantis. ¶ Dico ſecũdo: echon realeꝫ cauſari ex repercuſſione ſoni realis intentõalẽ vero ex reflexione ſoni intẽtõalis: ⁊ ſꝫ ꝙ reflexio fortis exiſtit aut debilis: ita inuenitur echo potens aut debilis. ¶ Dico tertio: ꝙ reflectẽs ſonuꝫ qñ ſonus eſt in aere libero vbi nõ eſt planũ ſoliduꝫ: eſt reſiſtens percutiẽti: ⁊ eſt quelibꝫ pars pcuſſa violenter: q: quelibet aliquãtulũ reſiſtit: licet vincatur a violẽtia. ¶ Dico quarto: ꝙ auditur frequẽter echo in montibus: ſiluis ⁊ locis cauernoſis: propter fortiſſimas reflexiones ibidem cõſurgẽtes. ¶ Dico vltimo: ꝙ lumen prouenientes a corpore luminoſo ſm totuꝫ eſt equale in quolibet puncto vnius circulatõis ⁊ perfecte rotũditatis: id vero quod progredit a luminoſo ſm parteꝫ nõ eſt equale: nec rotunduꝫ: q: in tali corpore longiſſima dyameter ẽ illa que exit a corpore luminoſo ad circunferentiam in parte cui opponuntur. ideſt reflectũtur radij: ⁊ breuiſſima in parte oppoſita illi. ſcilicet ad quam terminabitur linea prior: ⁊ eſt pars que exiſtit ſuperioris vmbre omnibus partibus ⁊ pautioris lucis. ideſt que habent lucem remiſſiorem.

Sententia. 81. ⁊. 82. Mediũ aereum eſt exacte mediũ audiẽdi ſonum: neq; principatũ: licet ⁊ aqua ſtrepitũ faciat: ⁊ ẽ illd q̃ꝫ ꝑ optie ſonatiuũ qd ẽ motiuum vnius ⁊ continui aeris vſq; ad auditũ: vnitas aũt ⁊ ꝯtinuitas accidentis pendet ab vnitate ⁊ ꝯtinuitate ſubiecti.

Circa. 81. ſuperficies aſpera nõ ẽ vna: q: nõ eſt vnius figure ſimplicis: tamen eſt vna in forma ⁊ continuitate. Itẽ aduertendum ꝙ ſicut ideꝫ color realis videtur per diuerſas ſpecies viſibiles: a varijs virtutibus viſiuis: ita ideꝫ ſonus realis per varios ſonos intentionales a diuerſis percipit: vna tamen intellectione intelligitur lapis ab omnibus hominibus: quoniã intellectus ẽ vnus numero i cũctis hominibus. 3. de aĩa. 5. Et ſi querat quiſpiã: nũquid ſenſatio ſit ſenſatũ. Dico ſenſationẽ eſſe idẽ realiter cum ſenſato: veluti ⁊ intellectio idem re exiſtit cum re intellecta: idem nãq; color ſm eſſe reale actuans corpus coloratũ: ſm eſſe ſpirituale informat medium: ſenſus: ⁊ intellectum.

Circa. 82. Auris eſt organũ auditus: per aureꝫ intelligendo congregatuꝫ ex extrinſeca parte ⁊ profunda cum oſſa petroſo ⁊ miringha: in de ſenſu ⁊ ſenſato aſſerit aerem eſſe inſtrumentũ auditus: merito conuenientie: de auribus tractãt Ariſtoteles. 32. particula problematũ: primo de hyſtorijs 5. de generatione animaliuꝫ: ⁊ Auerrois. 3. colliget. Et ſi dicatur: nerui obtici per quos colores ad viſuꝫ defferũtur: vniuntur: ne viſibile appareat duo: ergo cum nerui auditiui nõ vniantur vnus ſonus iudicabitur duo. Dico neruos obticos ⁊ audituos vniri in origine eorum: ſed duplici vnione vniuntur viſiui. auditiui tantum vna: ⁊ hoc fuit a natura inſtitutum: quia auditui non erat neceſſaria tanta copia ſpirituũ quãta viſui: ꝑ multa aũt variaq; media ſenſibilia oĩa ad ſenſum cõem defferũtur.

Circa. 83. Eſt aer ellementũ proprium viſui vt dyaphanum illuminabile: quatenus ſuſcipit motum ⁊ ſonum auditui deſeruit. Ampli⁹ aer ꝯplantatus ⁊ pellicula cooꝑtus ẽ mixtus in quo dominatur aer: ⁊ eſt talis aer denudatus ab omni motu facto in aere extrinſeco: etiam ſi ꝓprio peculiariq; motu moueatur: aer qui tangit pelliculã fere ẽ conaturalis: ⁊ nõ mixtus. Ruſus: cũ aqua intrat aerem connãleꝫ accidit nobis illud qd accidit quãdo matri cerebri accidit occaſio: ꝑ matrẽ cerebri intelligo pelliculaꝫ cooperientẽ cerebrũ que naſcit a dura matre. Iterũ: corrumpit auditus ſi aer exterior impetuoſe ⁊ fortiter ingrediat: ideo iter auris extitit tortuoſuꝫ: anfractuoſum: ⁊ flexuoſuꝫ ob ſalutẽ auditus.

Circa. 84. Dubitatur vnde ꝓueniat ſonit⁹ ille quẽ hõ percipit digito auri appoſito vl quouis alio obſtaculo ad intra cõcauitatẽ auris. Solutio eſt: ꝑ appoſitionẽ digiti in aure fumi elleuati ꝑ actionem caloris naturalis in membra: ⁊ ꝑ actionem eiuſdem caloris ſupfluitates expellentis nequeunt exalare: quare reflectũtur ⁊ aerem naturalẽ cõmouẽt motu extraneo. Ruſus attendendũ ẽ: virtus formatiua in ſemine diſperſa a recta ſepe deficit formatõe: tũ imbecillitate ſui: tũ inſtrumento caloris ⁊ ſpirit⁹: tũ malitia materie generationis: vel multitudine aut humiditate defluentis ⁊ peccantis: hinc ſumũtur ſigna morum diuerſa ſm varias organorũ diſpoſitiones: vt Ariſtoteles tractat in phyſionomia. Magne nãq; aures ⁊ arrecte vltra modum ⁊ ꝓminẽtes indices ſunt ſtultitie: garrulitatis ⁊ impudẽtie: ait tamẽ Ariſtoteles has bone retentionis notam exiſtere: ⁊

ſunt qui dicāt eas longā vitaꝫ oſtendere: parue aūt valde malignitatis ſunt inditia: nimiuꝫ rotunde: indociles: iacentes vero ſuper caput applicate inertiā oſtendunt. Preterea multa aīalia habent meatꝰ audiendi: non tamen auriculas: ⁊ ſunt que tegunt penna: aut cortice: aut ſquāma: talpa: delphinus nō habent aures: tamen audiunt: de his Ariſtoteles tractat. 5. de generatione animaliuꝫ vbi ſitus auriuꝫ patefacit in varijs animalibus ſtudioſe natura feciſſe diuerſos. Amplius Ariſtoteles. xj. particula problematuꝫ aſſignat cauſam: quare plures exiſtunt ſurdi a natiuitate ꝗ̄ priuati ceteris ſenſibus: ⁊ nunquid querit ſint plures ſurdi ꝗ̄ muti: ſed de his fortaſſis plura diximus ꝗ̄ erat neceſſe.

**Circa.** 85. Sonus eſt motus. i. cauſatus ⁊ pendens a motu quo ad ſuum eſſe ⁊ cōſeruari ⁊ eſt percuſſio. i. cōſurgens ex ꝑcuſſione. Amplīꝰ: ſonus veriſſime eſt in aere. deinde in percutiēte: demuꝫ in percuſſo reperitur.

**Circa.** 86. Quia ſonus habet debiliſſimuꝫ eſſe: iccirco per ſimilitudineꝫ ⁊ methaphoraꝫ accipiūtur differentie ſoni: ⁊ precipue a differentijs tangibilibus. quia quēadmoduꝫ ſenſibile tactu non ſeparatum a materia ſua venit ad tactum: ita ſonus non abſqꝫ materia ſua que eſt aer percuſſus fractiuo motu: tendit ad audituꝫ: vnde ſpecies ſoni cauſantur a modo ſcindendi aerem: in qua quidem ſciſſione figuratur aer qui materia exiſtit ſoni: in acutum ⁊ hebes: ⁊ ſic de alijs. Et ſi quis dicat: primo topicoꝝ capitulo. 12. appellatur vox alba: ergo differētia vocis ſumetur a ſenſu viſus. Solutio eſt: non dicit vox alba niſi per ſimilitudineꝫ: quoniam ſicut albus color penetrat viſum per actum lucis: ita clara vox ꝑ actum fractiui motus bene pertingit ad auditum. Preterea ſi quis inferat auditum eſſe incertuꝫ: quia differentie ſoni capiuntur a tactu: veluti odoratus incertus exiſtit: quia odores accipiūtur a ſaporibꝰ. Dico hoc nō eſſe ſignuꝫ mali auditus: ſed debilis eē ſoni. Amplius: auditus nō videtur eſſe vnius: cum ſit multarū contrarietatuꝫ: acuti. ſ. grauis: debilis ⁊ fortis: lenis ⁊ aſperi. Dico ꝙ nulla harum cōtrarietatum eſt obiectum auditus: niſi per hoc ꝙ eſt qdam ſonus: ⁊ ita auditus eſt vnius ſenſibilis qđ eſt ſonus.

**Circa.** 87. ⁊. 88. Vox habet neuma vel nete. i. longum ductum ſoni ⁊ extenſionem: habet ⁊ trach. i. tonum ⁊ cōſonātiam: ⁊ locutionem. i. diſtinctionem in partibus propter diuerſas aeris repercuſſiones. Amplius animalia cauſantia vocem poſſunt attrahere ⁊ remittere aereꝫ: aer intromiſſus debet frangi: requiritur ⁊ pulmo determinate quantitatis ⁊ figure: dicit aūt cōmentator ſermonem Galieni in hoc non eſſe ſufficienteꝫ volentis. ſcilicet anhelitum eſſe a pectore: cuꝫ anhelitus ſit a pulmone.

**Dubitatur** nūquid locutio ſit homini naturalis: videtur ꝙ ſic: quia natura vtitur lingua in duo opera nature: guſtum ⁊ locutionem: ergo. In oppoſitum: loqui eſt homini ad placitum: primo perhiermenias: ergo. Voluit Egidius ꝙ aliquid in vniuerſali eſſet naturale: qđ ſpecialiter ſumptū eſſꝫ ad placitū: ⁊ ita naturale eſt hōi loqui: nō tñ illo vel illo mō. Dico ego ꝙ loqui eſt nāle diſtinguēdo cōtra violētum: nō tamē eſt naturale diſtinguēdo contra animale.

**Circa.** 89. Fuit trachea arteria cartilaginea: dura: flexibilis: habens ānulos integros ⁊ nō integros: ⁊ ad formandā vocem: ⁊ ne eſſet impedimento cibo ſolido hora deglutionis: in ſuperiori parte habet epiglotū cooptoriū quoddā datum a natura gratia apertionis aut clauſure: ideo precipit vt in conuiuio ſileamus: fungitur ⁊ officio accipiendi ⁊ reddendi aerem cauſa anhelitus ⁊ vocis: ⁊ vbi yſophagus eſt via ad ſtomacū: trachea tendit ad pulmonem: primo colliget. Amplius pulmo non eſt cauſa quare animal ſit calidius: ſed quia ē calidius: natura dedit pulmonem: vnde membra nō principalia. primo faciunt operationē ꝓpter aliud: ſecūdario ꝓpter ſe: ⁊ ita pulmo prio confert cordis euentatiōi. Rurſus: inſpiratio ⁊ expiratio ꝯplentes reſpirationeꝫ ⁊ anhelitum debent pulmoni ſm Cōmentatorē hic ⁊ 2. colliget: hoc fundamento: virtus motiua inſequit deſideratiuā. 3. de aīa. 54. ergo ſi in pulmone ē virtꝰ deſideratiua: in eo debet eſſe virtus motiua: voluit aūt Gal. pulmonē nullum habere motum propriuꝫ per ſe: imo mouetur pulmo per pectus: ⁊ pectꝰ per muſculos ⁊ dyafragma: videmus. n. quando pectus dilatatur pulmonem repleri aere: ceſſante etiā motu pectoris ceſſat motus pulmonis: ⁊ perit ꝯfeſtiꝫ aial at vbiqꝫ dicit Auer. hoc indigere ſubtili ꝯſideratōe ⁊ nos ſatis pro nunc diximus.

**Circa.** 90. ⁊. 91. Cauſa materialis vocis eſt aer percuſſus ad vocaleꝫ arteriam: cauſa formalis eſt acuitas: grauitas: dearticulatio: cauſa finalis eſt ymaginationis aut conceptus expreſſio ⁊ manifeſtatio: cauſa efficiens principalis eſt anima: inſtrumentalis pectus: pulmo ⁊ multa alia: vnde primum mouens in tuſſi eſt inſtrumentum reſpectu vocis: ⁊ cuꝫ anima vtatur pulmone ratione attrationis: non poteſt ipſo vti ratione vociferationis. Amplius: nō habere pulmonem: nō recipere aerē: carere ſanguie eſt cauſa quare multa aīalia ñ habēt voces. Rurſus ſciēdum diſtinctū vocis ſignū nō eſſe a natura: ſꝫ ab inſtitutione: vt in homine in quo ymaginatio dominatur ſuper inſtinctū nature: in brutis aūt vox eſt a natura: que quia eadem eſt in omnibus indiuiduis vnius ſpeciei: ob hoc voces ⁊ opera ſimilia exiſtunt in omnibus: formant quoqꝫ bruta varias voces i deſiderijs cibi: potus: coitus. Amplius: magiſter proferendo voces deffectibus diſcipuli ſupplet potētis habere intentiones ⁊ nō ꝓpoſitiones: ꝓpoſitiōes ſꝫ non ordinatas: ⁊ ſtat diſcipulum habere ꝓpoſitiōes ordinatas: tamen nō videre bonitateꝫ illationis: vñ pōt res eſſe ſcientia preceptoris anteꝗ̄ ſciat a diſcipulo: quare concludo voces ſubordinari noibꝰ mentalibus ad placitum ſignificantibus: nō intentionibus ſimplicibus: que dicūtur vniuerſales actu: ⁊ naturaliter ſignificantes: ⁊ dicebam anno ſuperiori ꝓhemio primi phyſicoꝝ ſi eſtis memores: reperiunt apđ Auerroim noīa in quadruplici differentia: ſcriptuꝫ: videlicet. vocale: mentale ad placitum ſignificans: mentale naturaliter ſignificās: cecus a natiuitate formans propoſitiones ex terminis colores deſſignantibus vtitur noibus mentalibus ad placitū ſignificātibus: ſimiliter ſi quis de materia prima oſtendat aliquod predicatū enūtiari: nomen materie eſt ad placitum ſignificās: ſolū forme vt hñt eē in ītellectu ſunt noīa mētalia nāliter ſignificātia: ex qbꝰ quoqꝫ propoſitiones formari poſſunt.

## Digreſſio.

¶ Hac in parte patefacte ſunt iſte ꝓpoſitiōes. Prīa eſt: ad ſonū ꝓducēdum tria exigunt: verberans. ſ. ꝙ verberat: ⁊ mediū: ⁊ eſt ſonus qualitas ſenſibilis ꝓueniens ex fractione motus aeris: ⁊ exñs cū illo: auditu ꝓprie ꝑceptus.

**Secunda** eſt: ad vocis formationeꝫ concurrunt: lingua: epiglotis: ⁊ trachea arteria. Trachee aūt arterie ďſeruiūt muſculi pectoris: ⁊ pulmo ſibi aerē preparantes. Epiglotis quoqꝫ ē mēbrum in quo mirabilis eſt diſpoſitio ex cartilaginibus: muſculis ⁊ panniculis: ex qua epigloti verſus partē ſuperiorē orit corpus cartilaginoſum ſemiſpicū vocatū lingua fiſtule: qđ quidē ꝓprie verū exiſtit vocis inſtrm̄. Eſt vero vox ꝑcuſſio inſpirati aeris ab aīa ad vocalē arteriā cū imaginatōe aliqua ſignificādi: ſermo autem ſeu loquella eſt vocis per linguam dearticulatio.

**Tertia.** eſt: ſonꝰ alterat corpa inaīata ⁊ ſenſuꝫ: quatenꝰ. ſ. agit actōe reali ⁊ ſpūali.

**Quarta** eſt: generatio ſoni eſt nālis: at ſonus ſm eē reale educit de potētia ſubiecti: nō aūt ſonꝰ ſm eē ſpūale: ⁊ ē ſonꝰ veriſſime ī aere tāquā in ſubiecto: ⁊ dicebat Auer. 7. phyſicoꝝ. 14. ī ſonis aūt vī ꝙ alteratio de graui in leue eſt modo equiuoco cū iſtis: cū ſonus ſit paſſio facta in aere a percuſſione corporū: ⁊ cū ita ſit: cū dixit alterant a ſenſibilibus: intelligēdū eſt ab oībus ſenſibilibꝰ: ſi intellexerimus vniuerſalitatē: ſin aūt excipiemꝰ ſonos. Senſus eſt: qr ſoni nō generant ex qualitatibus primis ſed ex ꝑcutiente ⁊ ſonante: alteratio que ē inter acutum ⁊ grauē ſonū eſt modo equiuoco ad alterationē que in obiecto exiſtit aliorū ſenſuum: dicebat autem ibidē Albertus magnꝰ: cuꝫ abſqꝫ dubio verā habeāt tales alteratōes alteratiōis rōnem: intelligendū eſt ꝙ lꝫ quātum ad primū ſonans generō ſonorū ſit violenta: inquātū tñ ad id quod eſt mediū defferens: ſꝫ eſt aer in quo ſicut in materia prima generat nō oīo eſt innaturalis ſonus: aer autem diuiſibilis per humidum ſpirituale quod eſt ī ipſo: ⁊ ideo quo ad hoc aliquam reſpicit de qualitatibus primis: quia calidum cum humido ſpirituali puro facit optime ſonare: ſi autem frigidum ſit cum humido ſpirituali: retinentur ſoni: itaqꝫ fiunt obtuſi: ⁊ ſi ſit humidum corporale ſicut in aqua: cito ſoni diſparent: ⁊ parum manifeſtantur: quare cum Auerrois arbitretur qualitates omnes de tertia ſpecie poſſe terminare alterationem realem ⁊ phyſicam: ⁊ ſi aliqua ſit que non poſſit illam dicit eſſe ſonum: ſoleo inferre lumen non eſſe qualitatem de tertia ſpecie: terminat namqꝫ lumen alterationem ſpiritualem: minime realem: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Auerrois dicebat primo celi. 21. illuminatio autem ⁊ ſimilia ſibi ex qualitatibus que non fiunt per alterationem non eſt impoſſibile vt ſit incelo.

**Quinta** eſt: quando cauſatur echo non ſit reflexio ſoni in aere primo percuſſo: ſed in forma ⁊ figura prime percuſſionis.

**Sexta eſt.** Soni obuiantes cōtrarij ⁊ excellentes infringunt ſe in loco contactus: itaqꝫ ex ambobus generatur vnus confuſus ⁊ hoc quando ambo fuerint excellentes: vel alter deſtruit alterum: ⁊ hoc quando vnus fuerit fortis: ⁊ alter debilis: ⁊ eſt attentione digniſſimum: quod non vbiqꝫ corrumpunt ſe: niſi alter obtineat alterum in tota circunferentia: ſicut quando vnus eſt debilis ⁊ alter valde vehemens: ſed quando comparantur in fortitudine tunc maxime confrigunt ſe ad rectum dyametrū ſonantium: ſed in illa parte circūferentie nō ita: ⁊ cuꝫ vbiqꝫ fiat reflexio in ſono: tñ cōtingit ꝙ vterqꝫ ſonus ꝑcipitur: lꝫ in quadā parte ſui ſit corruptus: in altera tñ parte ſue circūferentie reflectitur ad audituꝫ: ⁊ ita in cōtinue ſonante ſonus ſequēs magis audit ꝗ̄ ꝑcedens: ſequens enim obtinet ꝑcedētē: ⁊ corrūpit ipm̄ ſm aliqđ vel ī toto: ⁊ dixerūt alij: orbiculatiōes reales ſe īpedire: ſpūales nō: certa quoqꝫ ꝓpiqtate clamātes ſe impediūt: certa non.

**Septima** eſt: ſonus duplex habet medium aereꝫ: ſcilicet ⁊ aquam: ſed diuerſimode: aer eſt medium ⁊ materia in quo generat ſonus: ⁊ ſine quo nō eſt eius eſſe: aqua vero eſt mediū tantuꝫ. ⁊ confundit ⁊ prohibet ſonos: aer autem cōſeruat: quia conſeruatio rei eſt in propria materia.

**Octaua** eſt: ſi qs querat nūqđ detur minimū viſibile vel audibile. Reſpōdeo: datur maximuꝫ viſibile: qđ non pōt per ſe videri: quia hoc non pōt per ſe videri: nec aliqđ ſibi equale: vel minus: ſub tanta quantitate preciſe ſub qua eſt: ſed quodlibet maius: vel cuilibet maiori aliqđ equale: datur tñ minimū viſibile qđ poſſit per ſe videri a determinato viſu: certa intenſione: certo ſpatio: ⁊ ſignata diſtantia: vnde datur maxima diſtantia per quam ignis pōt agere in paſſum: ⁊ eſt minima vltra quam nō pōt fieri actio: ⁊ aſſignat maxima diſtātia ꝑ quam quideꝫ viſibile agit in viſuꝫ: ⁊ ē minima vltra quam non poteſt viſibile agere in viſum propter diſtantie magnitudineꝫ: qr inter omnes diſtantias vltra quas non poteſt propter diſtantiaruꝫ magnitudinem: hec eſt minima ſed propter diſtantiaꝝ paruitateꝫ datur maxima vltra quā viſibile non pōt agere in viſum. Hec itaqꝫ ſunt que de viſu ⁊ auditu vobis explicanda propoſueram.

¶ Tex. cōmen. 92. vſqꝫ ad. 101.

**Odor autem.** Preſenti ꝑte que eſt a textu cōmēti. 92. vſqꝫ ad. 101. tractat Ariſtoteles de olfatu ex parte odoris ⁊ odorantis: ⁊ medij ⁊ modi olfaciendi: his propoſitionibus. Prima eſt: ſenſum odoratus multis animalibꝰ habemus peiorem: Secunda eſt: differentie odoruꝫ cognoſcunt ex differentijs ſaporum. Tertia eſt: ſola bonitas tactus infert bonitatem intellectus. Quarta eſt: aer ⁊ aqua ſunt media opportuna pro odoribus percipiendis. Quinta eſt: licet reſpirantia ⁊ nō reſpirantia habeant olfatum: tamen per illum diuerſimode ſentiunt.

**Circa.** 92. obiecta propria reſpectiue ſumpta ſunt eque nota: non abſoluta: odor ē difficilis cognitionis: quia incertum habemus odoratum: ⁊ qui caret ſenſu caret ſimplici apprehenſione ſenſibilis.

## Digreſſio.

**Dubitatur.** an homo praue odoret: videt ꝙ non: quia eſt nobiliſſimum ⁊ temperatiſſimum animal: ergo. Item propter hominem ſunt inuente ſpecies odoris: ergo homo maxime debet percipere odores. Iterum: homo percipit odores propter ſe: ⁊ propter cibum: ergo. Rurſus anima humana eſt perfectiſſima: ergo ⁊

olfatus hoīs. ¶ Amplius: pōt homo ītelligere oēs ſpecies odoꝝ: ergo ⁊ odorare. ¶ In oppoſitū ē Ariſtoteles. Pro expeditione difficultatis. Dico primo Auerroim. 2. colliget voluiſſe nares eſſe inſtrumēta odoratus ꝓpria: qꝛ naribus ꝯduratis nullus ſentitur odor: eis vero apertis attracto aere percipitur ⁊ ſi caruncule mamillares eſſent organū: odoraremus quāuis nares forent opilate per os: cum foramen in palato continueť foramini naſi tranſeunti ad carūculas: ſed conciliator differētia. 45. Agit partes conciliantis ⁊ docet nares inſtrā eſſe defferentia ⁊ reddētia: carūculas aſſerit ſuſcipientes odoratum. Dico ſecundo: ſatis eſſe homini habere ſenſum quo animal eſt animal temperatiſſimū. Dico tertio ſpecies odoris vt ad ſanitatē conferunt eſſe propter hoiem tantum: ⁊ nō potuit olfatus hoīs eſſe temperatus: vt cerebro deſeruire cōmode poſſet: elicit tn̄ odores hō ꝑ ſubtiliationē: confricationē: diſtractionē. Dico quarto: ſatis eſſe animā humanā habere aliquā virtutem eſſentialiter perfectiorē q̄ ſit aliqua virtus aīalis bruti. Dico vltimo: hoiem habere ptātem ꝑcipiēdi quālibet ſpēm odoris: ⁊ odoratū hoīs perceptiuum eſſe ſaltem arte remiſſiſſimi odoris: aliter aliqd eſſet nō cognoſcibile ab aliquo intellectu: rationes vero vijs ſuis perambulent.

**Auerrois.** 93. Dicit: ⁊ cōſimilitudo que eſt inter ſapores ⁊ odores eſt. qꝛ nō inuenitur odor niſi in habente ſaporem. Contra: nō reperitur odor niſi in habente colorem: cum color ⁊ odor ſint paſſiones mixti. Similiter eleuata fumali euaporatione valde ſubtili ab aliquo corpore odorabili contingit ſentiri intenſum odorē. Solutio eſt: ratio concluderet ſi cetera eſſent paria. Prima vero cauſa diſſimilitudinis ē: quia delectatio odoris ⁊ coloris nō ad eundē finem ordinanť: veluti delectatio odoris ⁊ ſaporis ſcilicet in alimentū. Secunda cauſa eſt: qꝛ licet non inueniatur odor ſine colore ⁊ ſapore: tamen guſtus per quem comprehenditur ſapor in nobis eſt certior q̄ viſus in relatione ad animalia bruta. ¶ Rurſus dicit ꝙ illa euaporatio debiliter mouet guſtū: hꝫ tamen in ſe ſubiectiue ſaporē: ⁊ ideo in certa materia plus percipiť odor q̄ ſapor non tn̄ ex hoc colligi pōt olfatū abſolute eſſe in nobis certiorem guſtu.

**Circa.** 94. Quia homo eſt prudentiſſimum animalium demon ob longā rerū experientiā hoiem nō pōt ſupare: eſt aūt hō prudentiſſimus. 30. pticula ꝓblematū: qꝛ eſt capitis parui ad ſui corporis ꝓportionē. Bruta ēt capitū ſimilē valde obſeruant diſpoſitionē in capite humano magna repiť diuerſitas. Et ſi qs dicat. 2. tegni. 14. caput magnū ē laudabili⁹ paruo: diſtinctio de paruitate cōtinentie cranei ⁊ paruitate carnis cōciliatoris differētia. 79. ſoluit apparentē ꝯdictionē. ¶ Amplius puto Platonē ⁊ Ariſtotelē pſuaſiue loq cū dicūt hoī eſſe magis credendū q̄ ceteris animātib⁹: tum qꝛ hō ſolus ſcit numerare: tū qꝛ ſolus hō deū venerať ⁊ colit.

**Rurſus** quilibet ſenſus deſeruit intellectui: ſolus tamen tactus infert bonitatē ingenij: eſt enim tactus organum generale ⁊ ſpeciale: alij ſenſus ſunt ſpeciales tantū. Scientie inuente deſeruit viſus: acquiſite ab alio audit⁹: de ſenſu ⁊ ſenſato.

**Iterum** Sanguinei ⁊ temperati ꝑ ſe ſunt magis diſciplinabiles melancolici tn̄ ꝑ accidēs ſcijs clarēt: qꝛ ſunt ſolliciti: ⁊ curis nō occupati: ⁊ ſunt melācolici ex aduſtione ſanguinis ex colera: ſed de his. 30. pticula ꝓblematū abūde differiť.

**Circa.** 95. odores: ſapores: colores medij ex extremis formaľr componūtur. 5. phyſicoꝝ 6. 52. 6. phy. 32. 4. celi. 26. poſſunt. n. cōtraria ſub eſſe truncato non intenſo ſimul ſtare: opus. n. eſt vt ſemꝑ latitudo qualitatū cōtrariaꝝ adimpleať: ⁊ ob hoc reprehendiť Porphyri⁹ a Cōmentatore putās vnam ſpēm ex duab⁹ ſpēb⁹ cōponi nō poſſe. Et ſi qſpiā dicat. 10. methaphyſice. 7. colores nō cōponūť ex albo ⁊ nigro. Dico in genere colorū nō eē niſi ſpēm vnā coloris mēſurā oīū aliorū colorū: vt inuit ibi Auer.

**Amplius** odor pōt in ſe conſiderari: ⁊ ſic eſt qualitas ſimplex: ⁊ in cōparatione ad ſubiectum in quo eſt: ⁊ ſic nec ſimplex eſt: nec ſimplici conſtituitur: conſideratur ⁊ in cōparatōe ad medium defferens in quo ⁊ ſm eſſe reale ⁊ ſm eē ſpirituale reperiť: infra. 97.

**Iterum** odor cōſtituiť actu calido ⁊ ſicco: ⁊ vt cito perueniat a longe ad odoratum: vapor. n. calidus ⁊ ſiccus: primo metheorum: oī vapore altius aſcendit ⁊ citius: tum vt cerebrum temperaret.

**Preterea.** ſpecies odorū abſolute ſūt odor redolens ⁊ odor fetens: ⁊ odor nec redolens: nec fetens: reſpectu ſaporum denominamus odores nominibus ſaporū: penes delectabile autem diſtinguunť odores in duas ſpecies tantū: ſcilꝫ ſm delectabile qd̄ cōfert ad alimentū: ⁊ ſm delectabile qd̄ cōfert ad ſanitatē: prima delectatio ē primo in ſapore cibi: ſecūdario in odore: ſecūda primo eſt in odore: vnde delectabile cibi cōuenit odori gratia ſaporis: ⁊ eſt odor cibi eſuriētibus deſiderabilis non ſaturatis. At ſiquis dicat: multa bruta meli⁹ ꝑcipiunt odores q̄ homo: ergo non eſt propriū hōi triſtari vel delectari in odoribus cōtra Ariſtotelē in de ſenſu ⁊ ſenſato. Dico ꝙ aīalia bruta melius ſentiunt odores q̄ hō: ſed non indignanť vel letanť eis niſi ſint corruptiui: veluti apes ⁊ formice fugiunt odorē ſulphuris: ſerpentes odorē cornu cerui cōbuſti: nec ē cā naturalis delectationis melius ſentire odorem: ſed magis cōferre ad ſanitatē.

**Textu ⁊** cōmento. 96. tam odorabile q̄ non odorabile eſt ab odoratu ꝑceptibile viſus ꝑcipit viſibile ⁊ inuiſibile: qꝛ lumē ⁊ tenebraſ: auditus ſonū ⁊ ſilentiū: ergo odoratus habitū ſentiet ⁊ priuationē: ⁊ colligitur palam priuationē ſentiri ſenſu exteriori per ſe: ⁊ eſt verū cōparando priuationē ad ſenſum: ⁊ tn̄ priuatio ſenſibilis ē per accn̄s cōparando ipſā ad ſenſibile: ſunt tn̄ qui arbitrantur priuationē nō cognoſci per ſe ſenſu exteriori. tū qꝛ ꝑcipitur ſilentiū per diſcurſum virtutis ſuperioris. tum qꝛ nullus ſenſus imutatur niſi a ſuo obiecto: auditus nō imutatur tempe ſilentij ergo animal cōcurrente auditu ſilentiū indicat per interiorem virtutē: hoc pacto ſum in diſpōne in qua audirē ſonū: ſi căreť ſꝫ nō audio: g̃: ⁊ ſurdus talē diſcurſū formare neqt.

**Circa.** 97. In ꝑmis aduertēdū ē: odorat⁹ īdiget medio extriſeco ꝑ ſe: vt odor hēat ī medio eē mediū iter eē purū corpale ⁊ eē puꝝ ſpūale: ſenſibile nāqꝫ poſitū ſm eē reale ſupra ſenſum tollit ſenſationē: lingua ⁊ tact⁹ nō ſentiūt q̄litates quas in ſe hn̄t reales: tale aūt mediū ē aer ⁊ aqua vt ſunt receptiua odorum ſm eſſe ſpirituale ⁊ extraneum: vt illuminabilia



illuminabilia exiſtunt deſeruiebāt viſui: quaten⁹ recipiunt motū ⁊ ſonū ſatiſfaciunt auditui.

**Rurſus** odor ſuſcipitur in medio ſpūaľr: ⁊ ſi ſpēs odoris ē extenſa ꝑ mediū: non tn̄ eſt ibi modo extenſo: veluti dr̄ de imagine in ſpeculo exiſtēte nō mō quātitatiuo: ⁊ ē vt Theologi docent. Xp̄s bn̄dictus in euchariſtia nō mō quātitatiuo. pōt aūt inaīatū ſpūaľr alterari nō vt inaiatum ſed vt eſt medium ſenſatiōibus perficiēdis accōmodatū: aiatum quatenus animatū ⁊ realiter ⁊ ſpūaliter alteratur merito materie ⁊ anime: vnde omnis alteratio ſpiritualis vel eſt ipſius virtutis cognoſcitiue: vel alicuius ordinati ad cognitionē: ⁊ ita declarandus ē Cōmentator. 7. phyſicoꝝ. 12.

**Amplius** credidit Aui. odorē nō habere niſi eſſe materiale in corpore odoriſero per mediū ad olfactū delato. tū qꝛ: ventus impedit multiplicationē odoris. tum qꝛ: corpa odoriſera minuunť ob multiplicationē odoris. tū qꝛ: īpeditur a frigiditate talis odoꝝ mľtiplicatio. tū qꝛ odor ſucceſſiue multiplicať: multis expientijs opi. Aui. a multis cōprobatur.

**Preterea** Cōmentator facit hanc rōnem ꝯ Auicē. odor multiplicať ſperice: ſed per. 500. leucas ꝑ ſemydiametrū fuit ſenſatus ergo tota dyameter fuit mille leucarū: non pōt autem materia in potentia ſtare ſub maiori dimēſione q̄ ſit dimēſio ignis: ergo: ⁊ ita vent⁹ nō potuit extitiſſe cā ꝙ odor ad tantā diſtātiā multiplicareť.

**Iterum** ſecūda ratio conſiſtit in hoc: qꝛ odor non miſcetur medio: quoniā ſi ſic: olfatus eſſet quidam tactus: ⁊ ita vel aer cedit: vel non ſi ſic: ibi animal non poſſet reſpirare: ſi non dareť penetratio corporum: eſt itaqꝫ odor in aere ſm eē ſpirituale: ita igiť eſt de odore: ſicut de ſono: ſonus. n. ſit a paſſione in aere ſed ēt impediť a ventis: ſed tamē non conſequitur ex hoc vt ſit corpus vel in corpore reſoluto a campana: neceſſe eſt itaqꝫ in his duabus paſſionib⁹. ſ. ſoni ⁊ odoris cum fuerint in aere: vt nō ſint motus illic in aere ad aliam partē ſine alia: quia multiplicantur orbiculariter.

**Circa.** 98. ⁊ 99. videtur olfatus dici equiuoce ꝯ reſpirātibus ⁊ nō reſpirātib⁹ ob diuerſum modum percipiēdi odores. Solutio eſt: ꝙ obiectum vnius rationis expoſcit potentiā vnius rōnis ⁊ ita non facit odoratū equiuocum diuerſitas organi odorat⁹ cooperti vel nō cooperti. a mō. n. organi nō diffiniť aliqua potētia ſenſibilis ſed ab obiecto. 2. de aīa. 22. ¶ Ampli⁹: odoratus cū īdigeat medio extrinſeco per ſe: nō pōt odor ꝑuenire ad odoratū niſi pri⁹ fuerit in aere vel aq̄ intētionaľr. ¶ Iterū ſolus hō ſi odorare dꝫ neceſſario indiget reſpiratōe ⁊ ob hͦ hn̄s naſum ſimum peſſime odorat: ⁊ frequenter anhelitum habet fetidum.

**Preterea** ſolet dubitari: nūquid ex equali diſtantia animal inſpirans ⁊ non inſpirans ꝑcipiāt odorē: ⁊ an oīa inſpirātia ſint equaliter odorātia ſi ſint in vltimo imutationis rei odoriſere: videť ꝙ ſic: qꝛ ibi alterať cerebrum non inſpirātis: ⁊ eundem aerem trahent inſpirans ergo odorāt inequali diſtantia. Item in vltimo imutatiōis ſit hō ⁊ canis: eūdem aerem trahet homo quem canis: ſed aer imutatus odore tangit cerebrum vtriuſqꝫ ergo alterat vtrūqꝫ. Dico nō oportere animalia quecūqꝫ ex eq̄li diſtātia odorare: nō. n. ad ſenſatōeſ ꝑficiēdaſ requiritur equalitas agentis tantum: ſed patientis: vnde cerebrū ſiccum a debili odore imutari pōt: nō frigidum ⁊ humidum.

**Auerrois** cōmento. 100. inducit digreſſionem que tendit ad hoc: vt oſtendat hanc cōſequentiā valere: eſt datum coopertoriū propter melius ergo illd̄ animal optime ſentit: ſi ſit conceſſum coopertoriū propter neceſſitatē nō ſequitur: tale animal bene ſentire illo ſenſu: anhelantia ergo non ſunt veriorꝭ olfatus q̄ nō anhelantia: qꝛ coopertoriū ē ibi ꝓpter neceſſitatē: ⁊ ita vtilitas palpebraꝝ eſt ꝓpter vnionē ſpecieꝝ ab obiecto: ⁊ non ꝓpter defectū ſentientis: naſus aūt conceſſus eſt ꝑ defectum ſentientis: hec ſunt que de olfatu: relictis ſupfluis: agitanda propoſueram.

¶ Tex. cōmen. 101. vſqꝫ ad. 106.

**Guſtus autem.** Preſenti pte que eſt a textu cōmēti. 101. vſqꝫ ad. 106. ptractat Ariſtoteles de guſtu: his ꝓpoſitiōibus. Guſtus mediū nō exigit extraneū ꝑ ſe: ſꝫ itrinſecū. Sapor nō ꝑcipiť niſi ſm ꝙ eſt in humido. organum guſtus dꝫ eſſe nō actu humidū aptū tn̄ humectari. Inueniunť ſapores ⁊ medij ⁊ extremi.

**Circa.** 101. in primis aduertendū eſt: guſtus ⁊ tactus ſunt materialiores ad alimentū per ſe ordinati: eſt autē guſtus ſm ſui organum: in neruo expanſo ſm ſuperficiē lingue ⁊ in neruis palati: in aīalibus maxima eſt diuerſitas ꝓpter linguā exiſtentem in quibuſdam curuam: in alijs mediam: in multis longam ⁊ acutam.

**Amplius** guſtui ⁊ tactui cōceditur medium extrinſecum. infra. 115. non ꝓpter multiplicationē ſpeciei: ſꝫ ꝓpter ipſa obiecta: ex neceſſitate. ſ. obiectoꝝ nō ſenſatōis: vn̄ aer exterior nō eſt neceſſari⁹ in guſtu ⁊ tactu ad mľtiplicādas ſpēs: qꝛ ſi ꝑ poſſibile tollať mediū extrinſecū: nō minus ꝑ intrinſecū poſſent ſpēs multiplicari: ⁊ nō ē ſic de tribus ſenſibus declaratis: qꝛ carēt medio intrinſeco.

**Iterum** ſapor eſt in humido quantū ad imutationē: non ſic color: ⁊ nō cōprehēdit guſtus ſaporē: niſi cōprehendat ipſum humori coniunctū: imo nō eſt neceſſariū tunc tactū ꝑcipere humorē poſito caſu poſſibili ꝙ hūiditas guſtabilis ſit preciſe eque intenſa cum humiditate organi: ⁊ ſapor ſit excellens.

**Rurſus** format Auerrois iſtam cōſequētiā: ſi odor eſſet corpus: olfatus eſſet aliquis tactus. Contra ſapor ēt nō eſt corpus: ⁊ ita guſtus nō erit qdam tactus. Dico ꝙ ſapor reqrit corp⁹ pro ſui imutatōe nō ſic eſt de tribus ꝓprijs ſenſibilibus patefactis: que neceſſario ⁊ ꝑ ſe ꝑexigūt media extrinſeca: in qbus ſuſcipiunť ſm eſſe ſpirituale: guſtus ergo vt eſt ſenſus alimēti eſt qdā tactus: quatenus vero eſt iudicatiuus ſapoꝝ ponit in numerum ꝯ tactū: ⁊ dicebā ſupra. 28. ſapor vt calidū: tangibile ē: vt cōueniens vel diſcōueniens guſtabile: ⁊ guſtus vt ꝑceptiuus ſaporis nō ē tactus: vt vero diſcretiu⁹ cōueniētie vel diſcōueniētie ſaporis ſic ē qdā tact⁹: ⁊ qꝛ nō imutať guſtus niſi prius tactus nouiter fuerit imutatus: ideo dixit: cū ſit quaſi ſpecies: qꝛ non eſt vera ſpecies.

**Circa.** 102. Magna eſt nature diligētia circa linguā: eā poſuit in loco tuto ⁊ abſcondito:

inſignuitq̨ʒ eam multitudine neruorum:arteriarum:
⁊ venarum ad eam veniētiū:in radice lingue inue/
nitur caro glandoſa generatrix ſaliue. Eductio autē
lingue non eſt motus voluntarius:ſi motus volun/
tarius requirat muſculum: ⁊ nullus ſit muſculus in
lingua:qui ſit dux eductiōis lingue ad extra: ſi vero
inueniatur motus in animali voluntarius nō cōcur/
rente muſculo nihil in hoc erit ambiguitatis: ſʒ hec
medicis theoricis examinãda relinquãtur. Et ſi qs
interroget:cur lingua amara:ſalſa:⁊ acida fieri pōt:
dulcis non pōt. Reſpondet Ariſtoteles.34.pticula
problematuʒ problemate.5.ꝙ ſapores alij a dulci ⁊
vnctuoſo ſunt corruptōes quedaʒ ⁊ exceſſus: quare
lingua ipſos pcipit: ſed dulcem cum vnctuoſo non
ſentit:eo ꝙ naturalis exiſtit ⁊ conſuetus: ⁊ minime
alterat qui talis: ⁊ flegma dulce percipitur inſi/
pidum.

**Circa.** 103.humiditas non eſt ſenſibile cōmune
quia non agit in tactum ⁊ guſtum:ſed in
tactum iunctum guſtui:ſenſibile auteʒ cōmune agit
in plures ſenſus. ¶ Amplius guſtus ⁊ tactus habēt
inſtrumentuʒ circa cor: vt iſti ſenſus ſunt alimenti:
vnde licet in ſtomaco ⁊ epate fiat quedam ꝑparatio
ad cibum:a calore tñ cordis cōpletur talis operatio
nutrimenti.principianť aūt tales ſenſus a cerebro
quatenus iudicatiui exiſtunt.

**Circa.** 104.⁊.105.recipiens dʒ eſſe denudatuʒ a
natura recepti.i.nihil recipit ſeipm:nec
eſt cã alicuius in recipiēdo ſeipſuʒ:ſupra.97.⁊ dicitʼ
viſus ſeu oculus nō habere colorē hac rōne:qr albe
do in oculo nō eſt ratio recipiēdi: ſed ē mediū diſpo
ſitiuū:⁊ ita dicatur de humiditate guſtus.

**Rurſus** voluit Galienus acutuʒ ⁊ ponticum
ſapores eſſe extremos ⁊ omne amarꝫ
eē caliduʒ.amaruʒ.n.⁊ ſalſuʒ fere ideʒ ſunt:calefacit
deſiccat:conſumit:ſitim inducit:excoriat. Auerrois
arbitratʼ nō omne amarū eſſe calidū:ſicut.n. albedo
⁊ nigredo ꝓducunť a calido ⁊ frigido:ita ⁊ de ſapo/
re eſt dicendū. Itē fructus ꝑmutanť de amaritudine
in dulcedinem. ¶ Amplius plante habētes ſaporeʒ
non transferunť ex amaritudine ad dulcedinē niſi ꝑ
media: vt in coloribꝰ mediãte karopo colore ceresaꝝ
nigrarum: ⁊ mediante kiano colore catuloꝝ habētiū
pillos ſubalbos ſit mutatio a nigredine in albedinē
ſapores itaq̨ʒ vt īmutant guſtum accipiendi ſunt: vt
Ariſtoteles facit: vt entia exiſtūt: debent ſumi in cō/
paratione ad humiditatem ⁊ ſiccitatem ⁊ non in cō/
paratione ad caliditatem ⁊ frigiditatem: vt credidit
Galienus: ⁊ in his non eſt in preſentia prolongan/
dus ſermo: qr in proceſſu lectionū ꝺ ſenſu ⁊ ſenſato
preſenti anno de obiectis viſus: odoratus ⁊ guſtus
abundantiſſime pertractabitur.

¶ Tex.cōmē.106.vſq̨ʒ ad.121.

**De tangibili.** Preſenti parte que ē a tex/
tu cōmēti.106.vſq̨ʒ ad.121.
tractat Ariſtoteles ꝺ tactu: organo: ⁊ medio eiuſdē:
his ꝓpoſitionibus. Senſus tactus non eſt vnus ſed
plures. Caro nō eſt organū ſʒ mediū exiſtit virtutis
tactiue. Tactus ⁊ guſtus medio intrinſeco per ſe: ex/
trinſeco vero per accidēs egent. Qualitates prime
obiectum exiſtunt opoztunum tactus.

**Circa.** 106.Sermo in tactu ⁊ tangibili ē ideʒ.i.
eque dubius ī ꝯtrarietate ⁊ multitudīe
tactuū ⁊ tangibilium: ⁊ nō ē intelligēduʒ ꝙ idem ſit
ſermo omnibꝰ modis:nã plures ſpecies tangibiliū
non requirunt plures tactus ſpecie: ſed pluralitas
tangibilium in genere infert plures tactus. Et ſi qs
dicat:lux ⁊ color nō ſunt in genere vno proximo:ta/
men reſpectu coloris ⁊ lucis eſt vnus ſenſus viſus
Dico reſpectu viſus omnia viſibilia habere eundeʒ
modum imutandi:reſpectu autem tactus tangibilia
inueniūtur habere duos modos imutandi: quorum
vnus eſt cum tranſmutatione locali inſtrumenti: ve/
luti imutant graue ⁊ leue: alius eſt cum tranſmuta/
tione alteratiaua vt faciūt q̄litates prime: Amplius
aſſerit Auerrois:conſecutio in iſtis duobus ſyllogiſ/
mis eſt manifeſta: tamen deſtructio vel poſitio eſt
ignorata.i.latet an ſit affirmãduʒ:an negãduʒ ãtece
dēs vel ꝯſequens.

**Circa.** 107.formantur hee conſequentie:ſi caro
eſt inſtrumentum tactus: tactus eſt vnꝰ:
ſi tactus eſt plures:caro eſt medium:non inſtrumen
tum:tenent iſte cōſequentie:quia ſi tactus ſunt plu/
res:ponuntur propter graue ⁊ leue:que alium mo/
dum imutandi habent a qualitatibus primis: ⁊ ſi ca
ro foret inſtrumentum:cum non percipiat niſi per
calidum:frigidum:humidum ⁊ ſiccum:non oporte/
ret propter graue ⁊ leue multiplicare tactꝰ: at ſi ner/
uus inſtrumentum ſtabilietur:erunt plures tactus:
quoniaʒ neruus percipit graue ſine qualitatibus pri
mis:vbi nãq̨ʒ eſſet obiectum graue poſituʒ ſuper or
gano tactus ſibi ſimili in qualitatibus primis poſſet
per depreſſionem mēbri eius grauitas ſentiri: ⁊ hac
fundatiſſima declaratione pandūtur errores moder
norum.

**Commentum.** 108.ita interpretandum
eſt:quemadmodum vna
ſcientia eſt vnius generis:ita vna potentia debet eē
vnius obiecti in genere:per vnam enim intentionē
⁊ obiectum cōmune ſenſus eſt vnus: ⁊ dicuntur cō/
traria diuerſa in generibus que non habent eundeʒ
modum imutandi: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ quale equiuoce
predicatur de colore:ſapore ⁊ odore propter ſcilicet
diuerſum modum imutandi quem habēt reſpectu
ſuorum ſenſuum:predicatur ⁊ quale equiuoce ꝺ gra
ui ⁊ leui:calido ⁊ frigido: quia calidum ⁊ frigidum
ſunt in predicamento qualitatis: quoniam imutant
cum tranſmutatione alteratiua:graue ⁊ leue ſunt in
predicamento ſubſtantie:quia ſunt de genere imu/
tandi cum ſubſtantia: quia ſicut ſubſtantia perfecta
imediate producit motum localem:ſic grauitas ⁊ le/
uitas ſentiuntur cuʒ motu locali: ⁊ ob hos duos mo
dos imutandi infert Cōmentator tactum eſſe pluſ/
quam vnum: ⁊ carnem habere rationem medij:caro
enim quia non erat perceptiua motus:ideo non po
terat eſſe organum tactus : ſunt namq̨ʒ nerui qui
habent introitū in motu: ⁊ non caro: vt credidit Ari
ſtoteles antequam videret anathomiam: ⁊ colligitʼ
ex hoc commento ꝙ liber de anima eſt vltimus in or
dine librorum naturalium Ariſtotelis.

**Quare** ꝓbo oino reſpectu calidi:frigidi:hūidi
⁊ ſicci vnū tactū nūero:tū qr: tactꝰ po/
nit ōriam inter calidū ⁊ hūidū:frigidū ⁊ ſiccū:ergo ē
vnꝰ nnmero:ꝯſequētia eſt Ariſto.infra de ſenſu cōi:
tū qr iſte q̄ttuor q̄litates prīe hñt eūdē modū imutã
di ergo reſpectu earū eſt vnꝰ tactꝰ numero:tū qr cali
tati ⁊ frigiditati reſpondet vnus modus immutandi
ergo



ergo caliditati ⁊ humiditati : frigiditati ⁊ ſiccitati.
tum qr ſi multiplicarenť tactus reſpectu calidi frigi/
di:humidi ⁊ ſicci:non valeret hec conſequentia: ca/
ro eſt inſtrumentū:ergo eſt vnus tactus numero: qr
caro percipit per calidum:frigidum:humiduʒ ⁊ ſic/
cum:caro itaq̨ʒ non eſt organum:quia non eſt perce/
ptiua motus:ſed erit neruus qui duobus predictis
modis imutari poteſt:vnde poteſt graue ⁊ leue ſen/
tiri ſine qualitatibus primis. Sed contra:impoſſibi/
le eſt vnū tactum numero habere ſimul ⁊ ſemel duos
actus perfectiſſimos:qr hoc non cōceditur de intel/
lectu.2.topicoruʒ.capite.25.dicit Ariſtoteles:contin
git multa ſcire:intelligere non: tactus ſimul ſentit
frigiditatem ⁊ humiditatem aque non eodem actu:
ergo reſpectu frigidi erit vnus tactus: ⁊ alius reſpe/
ctu humidi. Dico vnum ſenſuʒ poſſe ſimul duo obie
cta percipere:non tñ ita perfecte.ſicut vnuʒ: ⁊ ē ſen
tentia Ariſtotelis in de ſenſu ⁊ ſenſato: ⁊ qñ dicitʼ al/
bum ⁊ nigrum poſita iuxta ſeinuicem magis eluce/
ſcere:intelligitur ea cognitione diſtinctiua ꝑfectius
ſentiri ſenſatione cōmuni q̄ʒ propria.

**Circa** cōmentū.109. Alexander errauit ponen/
do carnem organū tactus. Themiſtiꝰ idē
videtur velle eſſe organū ⁊ mediū. Uerū ⁊ in dictis
Auerrois eſt apparens ꝯtradictio:in de ſenſu ⁊ ſen/
ſato ⁊.2.colliget:fatetur carnē eſſe inſtrumentumta
ctus. Solutio eſt: Cōmentator ꝓcedit ibi ac ſi tactꝰ
vnus exiſteret:cuius ſignū euidētiſſimū eſt:quia ibi
facit mentionem tantum de tactu reſpectu calidi:fri/
gidi:humidi ⁊ ſicci: ⁊ colligitur ex ſecundo colliget
Auerroim voluiſſe vnum tactum numero reſpectu
quattuor qualitatum primarum: in hoc ſecundo de
anima comparabatur tactus ad qualitates primas
⁊ graue ⁊ leue:non ergo caro ſed neruus conclude/
tur eſſe inſtrumentū:ſed nūquid grauitas ⁊ leuitas
ſint forme ſubſtantiales grauium ⁊ leuium dicemus
anno futuro.4.celi primo ⁊ ſecundo. Amplius: hec
conſequentia:ſenſibilia tactus nō cōmunicant ī eo/
dem genere:ergo tactus ē pluſq̄ʒ vnus: declarata ē
ſupra.107.⁊.108.

**Sententia.** 110.oſtenditur quid faciat diffi/
cultatem in propoſito:que oritʼ
ex hoc:quia caro eſt pars noſtri corporis:quia tamē
demōſtratio coegit plures eſſe tactus:ideo caro non
organum:ſed conuincetur eam habere rationē me/
dij intrinſeci.

**Sententia.** 111.declaratʼ neceſſitas ob quaʒ
caro fuit applicata: ⁊ propter
quid ipſa ponitur medium: ⁊ ex quo ſit caro: ⁊ colli/
gitur ꝙ non datur demon qui ſit elementum:qr non
eſſet animatus. Amplius hec conſequentia Auerro
is:animalia indigent in ſalute vt ſentiãt tãgibilia er
go mediuʒ eſt pars animalis:tenet:quia alij ſenſus
in diſtãtia percipiunt: tactus propinque:ideo dedit
natura inſtrumentū cum medio intrinſeco. Rurſus:
cōmune eſt omni ſenſui habere medium ergo ⁊ ta
ctui:non eſt elementum ergo mixtum ergo eſt caro:
hec vltima conſequentia videtur non valere: iō Ari
ſtoteles fuit breuis: vt ingenium noſtruʒ excitaret: ⁊
etiam Auerrois non deducit conſequentiam: quam
ſic deduco:illud medium eſt pars animalis ergo os:
vel caro: ⁊ ſic de alijs : ceteris deſtructis conclude/
tur carnem habere rationem medij. ¶ Iternm quia
Auerrois dicit terreſtreitatē dñari in carne:tenetur
cōiter terrã dñari ī carne q̄ʒtū ad q̄litates motiuas:
ignē vero vel aerē quantum ad alteratiuas. Contra
omnia membra ſunt naturaliter grauia ⁊ denſa ergo
naturaliter frigida:grauitas eniʒ ⁊ denſitas inſequū
tur frigiditatem:ergo ſi elementa frigida dominenť
in membris motiue: dominabuntur ⁊ alteratiue:qr
qualitates motiue ſm viam cōmunem comitiantur
alteratiuas:quare putandum eſt omnia membra cu/
iuſcunq̨ʒ animalis frigide eſſe complexionis:quãtū
ad complexionem eorum innatam que reſultat me/
rito componentiuʒ:merito vero complexionis influ
entis que prouenit a ſpiritibus in membris influxis
ipſa ab equali ad pondus declinare poſſunt per cali
dum ⁊ humidum.

**Sententia.** 112. oſtenditur tactus eſſe plu/
res ⁊ ꝙ latet propter carnē eſſe
medium: ⁊ ratio eſt iſta:ſi omnis caro tangeret ⁊ gu/
ſtaret putaremus tactum eſſe idem guſtui: tamē nō
eſſet:nam extimaremus ꝙ ſicut idem eſt mediuʒ ita
eadem eſt virtus:ſed qr non omnis caro guſtat:pa/
tet ꝙ non ſunt vnus ſenſus guſtus ⁊ tactns. Similr
quia videmus ꝙ per carnem ſentimus graue ⁊ leue
⁊ alia tangibilia putamus ꝙ ſit idem ſenſus: ⁊ nō eſt
ita:ideo cauſa quare latet plures tactus eſſe eſt idē/
titas medij.

## Digreſſio.

**Non** eſt difficultas hec pretermittenda: nunqd
dolor ⁊ delitia ſint operationes ſenſus ta/
ctus:videtur ꝙ non:quia dolere ⁊ delitiari eſt ſenti
re conueniens vel diſconueniens:ſed cognoſcere cō
uenientiã vel diſconuenientiam pertinet ad fantaſiã
cum ſint intentiones non ſenſate: quas nullus ſen/
ſus exterior percipit:ergo. Iteʒ dolor eſt triſtis ſen/
ſatio ergo tactus non dolet: quia nullus ſenſus exte
rior percipit per ſe ſenſationeʒ aliquam. ¶ Rurſus
ſi dolet ⁊ delitietur:plures eſſent tactus q̄ʒ duo:qr
hec nec graue ⁊ leue ſunt: nec aliqua quattuor pri/
marum qualitatum. ¶ Amplius ſenſibile ꝑficit ſen/
ſum ⁊ ei non contrariatur: dolor ledit ⁊ eſt cōtrarius
ſenſui tactus:ergo non eſt obiectum illius. In oppo
ſitum:dolor eſt perceptio contrarij materialiter impri
mentis inquãtū realiter īmutat organū tactꝰ: appli
cato enim contrario ſenſui tactus cauſatur dolor:qr
realiter imprimit:non ſic aūt fantaſiam realiter imu/
tat:ideo ⁊c̄. Pro expeditione queſiti dico in primis
vnum:ꝙ aliud eſt dolere:aliud dolorem percipere:
ſenſus exterior dolet:non tamen percipit dolorem:
interior percipit doloreʒ:non tamen dolet:vnde do/
lere eſt imutatio realis: ⁊ tactus habet hãc preroga/
tiuaʒ vt imutetur realiter ⁊ ſpiritualiter: ⁊ ita dolere
ē ꝑcipere cōtrarietatē rei contrarie ⁊ eſt imutari rea/
liter:ſed percipere dolorem eſt imutatio ſpiritualis
tantū. Similiter dicatʼ aliud eſſe delectari: aliud pci/
pere delectationem. Dico ſecundo ꝙ dolor ⁊ delitia
cauſanť a qualitatibus primis: qr dolere ē ꝑcipere
contrarietatē rei cōtrarie: ⁊ delitiari eſt ſentire con
ueniens remouēdo diſcōueniēs: ⁊ hoc eſt a qualita
tibꝰ primis:patet de manu poſita ad ignē: vñ perce
ptio gaudij ⁊ triſtitie ñ ē egredi a diſpōne ꝑter nãm
vel a nãli:qr illud ē qd priuatiuū:ſed ſimul cōiungū
tur ꝺpditio diſpoſitōis preter nãlis ⁊ acquiſitio na
turalis diſpoſitōis:vel ecōuerſo:oīs nãq̨ʒ dolor aut
eſt mala cōplexio diuerſa:aut ſolutio cōtinuitatis:lʒ
Auerrois.3.colliget capꝰo.31.poſuerit doloris malã
cōplonē diuerſam tantū cãm:delitia ē remotio illa/

rum:⁊ que habetur in actu venereo eſt vt ego reor veluti illa que habetur in ſcabie:verũ in ſcabie cauſatur delitia priuatiue:pro quanto humor ſalſus exiſtens in ſuperficie cutis dolorem cauſans ſculpẽdo remouetur:in venere oportet ponere qualitateȝ poſitiuam cauſantẽ delitiam:cum ibi non ſit dolor precedens:vnde in venere cauſatur aliqua ſolutio continuitatis in erectione virge: que non eſt multũ ſenſibilis quã quidem remouet ſperma:⁊ ſic cauſaƭ delitia:vel forte ibi eſt caliditas temperata ⁊ moderata habens cauſare delitiam in tali parte: ⁊ eſt ſimile de cibo qui digeritur in ſtomaco a tali qualitate: quia a maiori non ſic poſſet:⁊ ita cõcludo breuiter ꝙ dolor ⁊ delitia cauſantur a qualitatibus primis ⁊ imutant obiecta doloris ⁊ delitie cum imutatione alteratiua ⁊ forte interdum cuȝ imutatione locali. Neq; rationes prius facte concludunt:ad primam:dico ꝙ non eſt verum ꝙ dolere ſit perceptio rei diſconueniẽtis: ſed rei contrarie contrarietatem ſentire: conuenientia ⁊ diſconuenientia non percipiuntur a ſenſu exteriori ſed interiori:quare nõ ſequitur:tactus percipit rem contrariam materialiter imprimentẽ:ergo percipit rem diſconuenientẽ:licet ſit idem realiter:⁊ eſt ſimile ꝙ eadem res eſt ens ⁊ bonum:que quideȝ ſub ratione entis eſt obiectum intellectus: ſub ratione boni voluntatis: non tamen ſequitur ꝙ ſub vtraq; ratione ſit obiectuȝ intellectus: ita in propoſito non valet:tactus percipit rem contrariam: ⁊ illa vt ſic eſt diſconueniens ergo percipit illaȝ ſub ratione diſcõuenientis:quia vt ſic ad ſenſum interioreȝ pertinet. Ad ſecundaȝ:negatur conſequentia:ſed debet inferri tactum non percipere doloreȝ:quod ego cõcedo. Ad tertiam:ſufficiunt duo tactus:quia obiecta doloris ⁊ letitie imutant altero duoꝝ modoꝝ. Ad vltimã dico obiectuȝ iproportionatum imperficere ⁊ corrũpere:hec de digreſſione.

**Sententia.** 113.non ſoluȝ guſtus ⁊ tactus egent ope medij intrinſeci:verum ⁊ mediũ extrinſecũ per accidens neceſſario tamen plane requirunt. Si nãq; tangens ⁊ tangibile in aqua locentur:inter ea aqua mediabit:eodem modo de is dici poteſt que in aere inueniunƭ: iter duo ergo corpora dura ſe debentia tangere cadit mediuȝ extrinſecuȝ vel aqua vel aer:⁊ hec propoſitio: omne corpus habet profunditateȝ:ſcribitur primo celi.2. quam ideo accepit Ariſtoteles: ne qs diceret elemẽtum ſimplex carere profundo:⁊ cum humiditas eſſe non poſſit ſine aqua vel aere conuincitur palam elementa eſſe in mixto formaliter.

**Amplius** induco vnam apparentem cõtradictionem.7.phyſicoruȝ.10.affirmatur mouens ⁊ motum ſemper debere eſſe ſimul: hic aſſeriƭ fieri nõ poſſe: vt duo corpora dura ſaltem diſcõtinua adinuicem imediate ſe tangant ſm ſuperficies extrinſecas. Solutio ẽ: Dico primo ꝙ omne motum eſt motum in pleno.4.phyſicoꝝ.71. Dico ſecũdo ꝙ plenuȝ ſe tenet ex parte mobilis: ex mobili.n. ⁊ pleno ſit vnum aggregatuȝ quod dicitur moueri. Dico tertio ꝙ tunc totum tangit totum: quando ſm aliquaȝ ſui partẽ tangit illud veluti diciƭ.2.celi.42. celum tangit oĩa ſublunaria: his habitis plana ẽ ſolutio:quia inter duo corpora dura quatenus duo corpora ſunt ſemꝑ mediat aliquid:vt vo mobilia ſunt: nihil interponiƭ:nam cuȝ manus mea mouet lapidẽ in aere:ex lapide ⁊ aere efficitur vnum congregatuȝ quod quidem mobile nuncupatur.

**Poſtremo** obſeruandũ eſt. Quia Ariſto. dixit: in rõnali eſt volũtas: in irrationali deſideriũ ⁊ aius: videndũ eſt de iſtis appetitibꝰ: quoꝝ alter eſt cõcupiſcibilis: alter iraſcibilis: alter eſt volũtas humana: cõcupiſcibilis proprie loquẽdo eſt vis aĩe ſenſibilis cuius ꝓprius finis eſt delectabile in ſenſu: ⁊ imperat motũ ad cõſecutionẽ illius. Cõcupiſcere eſt proprius actus concupiſcibilis: vnũquodq;.enĩ habet determinari ab vltimo ⁊ maxime ſui generis: cõcupiſcentia aũt ſonat in maximum appetitum: cupido.n. dicit vehementẽ appetitum circa aliquid: at concupiſcentia ex vi ꝓpoſitõis adhuc dicit maiorem intenſionẽ circa delectabile cõcupitũ: ⁊ hoc eſt ex vehementia dulcedinis obiecti: virtus iraſcibilis eſt pars appetitus repellens nociuum in ſurgendo cõtra ipſum: ⁊ arduum ⁊ altuz inquantũ huiuſmodi proprium obiectũ eſt iraſcibilis ⁊ cum duo ſint ardua. ſ. nociuũ impugnans ⁊ quod eſt altum excellentia dignitatis: arduum eminẽtius eſt in nociuo impugnãte q̃ʒ in dignitate: ⁊ ratio eſt: arduum in nociuo eſt in victoria periculorum vite q̃ altiſſima ſunt: ⁊ ideo quia per hoc iraſcibilis poniꝛ in altiſſimo diffinitur ⁊ denominatur in comparatione ad ipſum: ſicut ⁊ cõcupiſcibilis in altiſſimo ponitur per delectabile tactus: vnde in homine ꝓprius habitus ordinans concupiſcibilem eſt temperantia proprius aũt habitus ordinans iraſcibilem eſt fortitudo que ĩ periculis vite exiſtit. ¶ Supereſt dicere aliqd de voluntate hominis q̃ libera exiſtit: in ꝓmis bruta nõ habent liberũ arbitriuz: nec liberi arbitrij iudicium: nec liberuz appetitũ: liberum.n. arbitriuz dicitur a libertate arbitrandi de bono ſimpliciter ⁊ malo ſimpliciter magis arbitrando in ipſis ſm rationem honeſti vel inhoneſti q̃ʒ ſm rõnem delectantis vel nõ delectantis. Similiter iudiciuz liberi arbitrij ẽ de honeſto vel inhoneſto: liberũ.n. arbitriũ ab omnibus poniꝛ principiũ in moribꝰ: libertas ẽt appetitus ꝯſiſtit in hoc ꝙ hʒ facultatẽ inclinãdi ſe in iudicatũ: vel declinandi ab ipſo ⁊ hec nõ ſunt in brutis: iuditiũ.n. brutoꝝ nõ ẽ niſi in delectabili ⁊ ñ eleuaꝛ ad iudítiũ honeſti ⁊ ꝓpter hoc ipſuz nõ ẽ abſolute liberum: ex obligatiõe nãq; materie in qua eſt ſicut in organo cogitur ad ſiſtẽdum in particulari ⁊ in ſenſibili bono. Liberi ergo arbitrij potentia ẽ ſpiritualis ſm ordinem nature: vt conſtat per actũ liberi arbitrij q ẽ eligere q qdẽ hʒ aliquid rõnis ⁊ aliqd voluntatis: vñ in opere rõnalis aĩe quattuor cõſideranda ſunt: quoꝝ primũ ẽ actus rõnis q ꝯſiderando ꝓponit aĩe appetibilia ⁊ diſcernit qd appetibile ſit. Secũdũ eſt voluntatis conſenſus in vnum appetibiliũ: tertium ẽ id qḋ eligit amatũ a voluntate ⁊ hoc vocamus liberum arbitrium: quartũ eſt perfecta voluntas q̃ mouet ad ꝯſecutionẽ appetibilis decreti p rõnẽ ⁊ optati p voluntatẽ ⁊ electi p liberũ arbitriũ: qr ḋo arbitrari de appetibilibus rõnis ẽ: libertas autẽ volẽdi vel nõ volendi voluntatis eſt: liberũ arbitriuz ſequitur vtrunq;: iccirco nomẽ ſuũ cõponiꝛ ex vtroq;: ⁊ ꝓpterea dici ſolet: liberum arbitriũ eſſe facultatẽ rõnis ⁊ voluntatis. Verũtamen in quo conſiſtat rõ libertatis difficile ẽ aſſignare ſm Theologos: ſunt q dicũt rationẽ libertatis cõſiſtere in ĩdeterminatione de poſſibili ad poſſe agere ⁊ poſſe nõ agere: nulla.n. cã eſt indẽterminata indeterminatione de ineſſe. Cõtra: indeterminatio de poſſibili repugnat neceſſitati: neceſſitas aũt ⁊ libertas ſtant ſimul: ergo. Alij putãt eã conſiſtere in vtraq; ĩdeterminatiõe: de poſſibili ſcilicet ⁊ de ineſſe: ſed qcqd ſit: voluntas humana: lz ex ſe indifferens ſit ad oppoſita: tñ indiget determinante ipaz ad alteꝝ oppoſitoꝝ ⁊ tale determinãs nõ ẽ ipſa volũtas: non põt.n. volũtas mouere ſeipſam: ne idem in actu ſit ⁊ in potẽtia: vñ actus intellectus ⁊ voluntatis ſunt ſubordinati: qr ſemp qḋ ĩtellectus noſcit: voluntati ꝓſentat: voluntas aũt ſuapte nã ferꝛ neceſſario in preſentatũ ab intellectu (nõ ſunt.n. vt cõiter dr primi motus in nr̃a ptãte:) poſtea vero voluntas ad ſeipſam rediens põt ex libertate ꝓpria intellectui ĩperare ꝙ ſiſtat vel nõ ſiſtat in tali actu ſm ꝙ ĩ illo ſibi placet vel nõ placet oblectari. At ſm peripateticos libertas naſciꝛ ex ratiocinio ⁊ diſcurſu ĩtellectꝰ: nõ.n. ſunt intelligẽtie celeſtes libere: cũ non diſcurrant: imo ſolus hõ ẽ liber: ⁊ queadmoduz nullus eſt effectus ꝯtingens qn ad ipm ꝯcurrat mã prima: ita nullus effectus liber inueniꝛ qn ad ipm concurrat hõ: vbi.n. mã prima cauſa eſt cõtingentie: intellectꝰ humanus cã erit libertatis. Hec itaq; ſunt obſequẽtiſſimi. Perſpicaciſſimiq; diſcipuli dogmata qbus ingenia via in tres libros de aĩa hoc ãno excitanda eleuandaq; ꝓpoſuerã: in ſequenti lectione parua naturalia deo fauente auſpicabunꝛ.

Finis.

¶ Habetis ſacre phye cultores candidiſſimi enarrationes in tres libros de aĩa Ariſtotelis ⁊ Auerrois a Tiberio Bacilerio Bononienſi Viro nr̃i ſeculi celeberrimo in felici Ticinẽſi achademia lucubratas.

# Tabula.

¶ Digreſſiones prime ſumme Primi libri de aĩa.


**Anima** ſbuz eſt ĩtelligibile ⁊ ſcibile. car. 2.
Scientia de anima poteſt appellari ſexta pars ⁊ octaua. car. .2
Omnes ſubſtãtias preter intelligẽtias celeſtes quiditatiue ſpeculatur naturalis. car. 2.l
Vtrũ iſta coñequẽtia valeat: naturalis tractat de itellectu ⁊ intelligibili ergo alie ſcie peunt. car. 2.
Ens per accidens ⁊ ens veridicans non ſunt ſubiecta ſcibilia. car. 2.
Scia de aĩa in certitudĩe dr̃onis ⁊ nobilitate ſubiecti oẽs antecedit facultates ꝑter diuinã. car. 3.
Nulla ẽ ps phye cui ſcia de aĩa nõ ꝓſeruiat. car. 3.
Digreſſio de ideis. car. 5.
Quid prius aprehẽdaꝛ an ſba: an accidẽs. car. 6.
Vtrũ valeat modus arguẽdo ab oppoſito añcedẽtis ad oppoſitũ conſequentis. car. 6.
Logicus p formã: nãlis diffinit p materiaz. car. 7.

¶ Digreſſiones Tertie ſumme.

Vtruz motus oẽs predicti ſint in loco. car. 9.
Vtrum oẽs opatões demãdenꝛ ſuppoſitis. car. 12.
Vtrum ſenes debiliter intelligant. car. 12.
Vtrũ intelligere ſit actio gnãbilis: ĩtellectꝰ ñ. cã. 12.
Que entia ſint aĩata: ⁊ que inaĩata. car. 15.

¶ Digreſſiones Prime ſũme Secũdi libri de aĩa.

Vtrũ priꝰ ḋ ſba aĩe q̃ʒ ḋ accñtibꝰ eiꝰ ſit diputãdũ. 16.
In quo eſſe forme ſint preſtantiores: an in eſſe reali an intentionali. car. 16.
Vtrum cuiuſlibet forme ſola materia ſit primum: ⁊ imediatum ſuſceptiuum. car. 17.
Vtrũ forma ſit pfectior mã ⁊ cõpoſito. car. 19.
Vtrum ex exemplo de artificialibus ſequatur formã materialem eſſe ſubſtantiam. car. 19.
Vtrũ aĩa ſit ſba ⁊ forma ſbalis ⁊ actꝰ corpis. cã. 20.
Qua nã lege reperianꝛ aĩe in viuẽtibus. car. 22.
Vtrũ potẽtie p actꝰ: ⁊ actꝰ diſtiguanꝛ p obiecta. 23.

Digreſſiones Secunde ſumme.

Vtrum artifex poſſit dr̃are ſuũ ſubiectũ eẽ. car. 23.
Vtrum dentur demones. car. 24.
Diuiſio aĩe p vegetabile: ſenſibile: ⁊ rõale ꝑt eẽ analogi ĩ analogata: ⁊ totiꝰ ptãtiui ĩ virtutes. cã. 25.
In hoĩe due aĩe re ipſa inueniuntur. car. 25.
Potentie anime vegetatiue ⁊ ſenſitiue re ab aĩabus deſtinguũtur: non intellectiue. car. 25.
Vnius nature eſt tñ vnus modus cõicãdi. cã. 26.
Deus nihil intelligit extra ſe. car. 26.
Vtrũ cor ſit ꝓncipiũ vite: ſenſus ⁊ motus. car. 27.
Vtrum calor elementaris: naturalis: aĩalis ⁊ celeſtis differant ſpecie. car. 28.
Vtruz ſanguis ſit vltimũ nutrimentum. car. 28.
Vtrum nutritũ nutriatur ſm mãm tantuz. car. 28.
Nunqd ad generationẽ reducaꝛ nutritio. car. 28.
Vtrũ ĩ motu alteratõis deꝛ ꝓmũ alterãs corpeũ. 29.
Vtꝝ vegetabile ſit vniꝰ rõis ĩ plãtĩ brutĩ ⁊ hoĩbꝰ. 29.
Vtrum omnes virtutes nutritiue vnius viuentis ſint eiuſdem rationis. car. 29.
Vtruz generare ſit nãliſſimũ viuẽtibus. car. 29.

¶ Digreſſiones Tertie ſumme.

Vtrum actus precedẽtes virtutem ⁊ ſcientiam ipſis ſint nobiliores. car. 30.
Vtrũ p vnũ actũ gñreꝛ habitꝰ: ⁊ p alios augeaꝛ. 30.
Quo nã pacto inaĩatũ ſpũaliter alteraꝛ. car. 31.
Vtrũ motor ĩ ſenſu ſit ĩtrinſecꝰ: veluti ĩ ĩtellectu. 31.
Vtrum opus ſit ad producendas ſenſationes motore extrinſeco alio a ſenſibilibus. car. 31.
Vtrum ſenſus ſit virtus paſſiua. car. 32.
Senſus nõ percipiũt eſſentias reꝝ in vlĩ. car. 32.
Vtrum ſint tantũ qnq; ſenſibilia cõia. car. 33.
Vtrũ forme intentionales educãtur de potẽtia ſubiecti. car. 33.
Vtrũ lumẽ regraꝛ ex parte medij tantũ. car. 34.
Vtrũ lumen ſit ſpẽs lucis. car. 34.
Vtrum illuminatio fiat in inſtanti. car 35.
Quo nã pacto ſpẽs viſibiles multiplicenꝛ: an piramidaliter: an ſpherice. car. 35.
Vtrum locutio ſit hoĩ naturalis. car. 36.
Generatio ſoni ẽ naturalis. car. 37.
Vtrũ deꝛ minimũ viſibile vel audibile. car. 37.
Vtrum hõ praue odoret. car. 37.
Vtrum odor multiplicetur ſpiritualiter. car. 38.
Nũquid dolor ⁊ ḋlitia ſint opatões ſenſus tactꝰ. 39.
Vtꝝ duo corpa dura poſſint ſe ĩmediate tãgere. 39.
Vtrũ aqua intrinſece calefieri poſſit. car. 40.
Vtrũ ſenſus exterior ſuã valeat percipere ſenſationem. car. 43.
Vtrum ſenſus oẽs ſint in corde. car. 44.
Vtrum ſenſus cõis ſit vnus ſm rem ⁊ multiplicatus ſm inſtrumenta. car. 44.
Vtrũ ſint quattuor virtutes interiores. car. 46.

¶ Digreſſiões pãe ſũme tertij libri de aĩa.

Vtrũ ĩtellectus ſit ṽtus paſſiua ñ in corpe. car. 48.
Vtrũ intellecta ſpeculatiua ſint eterna. car. 50.
Vtrũ tantũ ſit vnus ĩtellectus in oĩbus hoĩbus. 50.
Vtrũ intellectus ſit quartũ genus entis. car. 51.
Vtrũ ĩtellectus poſſibil' ſit forma dãs eẽ hoĩez. 52.
Vtrum intellectio ſit res intellecta. car. 53.
Vtrum intellectus ſit locus ſpecieꝝ. car. 54.
Vtrum intelligentie medie poſſint ſe ĩtelligere modo accidentali. car. 55.
Vtrũ ſingulare ſit ab ĩtellectu ꝯprehẽſibile. car. 55.

¶ Digreſſiones Secũde ſumme.

Vtrũ intellectus poſſit intelligẽ ſe p eſſentiã. 56.
Vtrũ ĩtellectus agẽs ſit cauſa vniuerſalis intellectionis. car. 57.
Vtrum intellectus agens ⁊ poſſibilis ſint equales ĩ actiuitate ⁊ receptibilitate. car. 57.
Vtrum ĩtellectus agens ſit Deus. car. 57.
Si intellectus poſſibilis nõ eẽt corruptibilis: perirent intellectus agens ⁊ poſſibilis. car. 58.

¶ Digreſſiones Tertie ſumme.

Vtꝝ ĩtellectus ſit pñtiũ: factoꝝ ⁊ futuroꝝ. car. 58.
Vtrũ ꝯpoſitio ſit ab ĩtellectu ⁊ ñ a rebꝰ ꝯpoſitis. 58.
Vtrũ oĩs ṽtus cognoſcens priuationem cognoſcat ſe eſſe in potentia. car. 59.
Vtꝝ intelligẽtie medie ĩtelligãt aliqd ex̃ ſe. car. 59.
Vtrum actio intellectus ſit inſtantanea. car. 59.
Vtrum voluntas ſit virtus cognoſcitiua. car. 59.
Vtrum vniuerſalia ſint corruptibilia. car. 59.
Vtrum fantaſma ſit principiũ mediatum per ſe ꝓductiuum intellectionis. car. 60.
Vtrum vniuerſale ſenſibiliũ ſit in intellectu cuiꝰ nullum ſingulare fuerit ſenſatũ. car. 60.
Vtrum mathematica ſit de abſtractis a qualitatibus ſenſibilibus. car. 61.
Vtrum hõ pro ſtatu iſto poſſit intelligere ſubſtãtias ſeparatas per eſſentias eaꝝ. car. 61.
Vtꝝ notitia intellectiua ſit certior ſenſitiua. car. 62.

¶ Tiberius Bacilerius Bononienſis Reuerendiſſimo. D. Raphaeli Riario Epiſcopo Sabineñ Cardinali Sãcti Georgij: ac ſacroſancte Romane eccleſie Camerario digniſſimo perpetuam felicitatem.

Quia in principio lectionũ de anima Raphael reuerendiſſime affirmabã ex tribus de anima libris ⁊ paruis naturalibus vnã vniuerſe naturalis phyloſophie partẽ integrari principalẽ: q̄ ⁊ ſexta ⁊ octaua pars appellari poterat: ſʒ ꝙ libri nãlis phye ordine cognitionis diſtincte vel confuſe ordinabanẽ. Expeditis his q̄ ad tres libros de aïa pertinere videbanẽ. Placuit huic Florentiſſime achademie: vt ea que in quibuſdã tractatibus ↄtinenẽ qui parua nãlia nuncupanẽ a nobis ꝑtractarent. Et qꝛ nihil ẽ qđ huic Achademie denegare poſſim ⁊ preſertim in re litteraria: puĩciã libentiſſime ſuſcepi: ⁊ eo libentius: quo tu mihi occurriſti cui iſte elucubratiões nõ imerito dicari poſſent. Et quẽadmodũ ſcientia de aïa ceteris diſciplinis comodiſſima Julio ſecũdo põtifici maximo fuit ↄſecrata. Ita equiſſimũ exiſtit preſentes tractatus qui ſciẽtie de aïa maxima ↄiungũtur ꝓpinquitate ei dedicare q̄ pontifici maximo ⁊ affinitate ⁊ dignitate cõiũctus foret. Et quẽadmodũ Sacroſancta Romana Eccl'ia Julio paſtore ⁊ Raphaele camerario nõ parũ gloriaẽ. Sub quibus quidẽ eccleſia regitur: cõſeruaẽ ⁊ augetur. Ita ⁊ mihi iure letandũ erit: q̃ quidẽ has meas elucubrationes vobis fuiſſe gratas intellexero. Poſteaq̃.n. lumini ſatiſfeci nãli quo ſciẽtas humanitus inuẽtas hões adipiſcunẽ: ꝑoptarẽ tantã mihi opportunitatẽ concedi: vt ꝓpoſitiones tã veterũ q̃ recentiorũ Theologorũ poſſem libere: ↄmode ⁊ expedite altiſſima ꝓfundiſſimaq; inquirere inueſtigatõe. Uale. Datũ Papie Kal'. Februarij. 1508.



¶ Tiberij Bacilerij Bononienſis lectura in tractatũ de cauſa lõgitudinis ⁊ breuitatis vite.

Eo autem quod eſt hoc quidem eſſe longe vite animalium: hoc autem breuis vite ⁊ de vite totaliter longitudine ⁊ breuitate conſiderandũ cauſas.

¶ Principium autem conſiderationis neceſſarium primo ex eo quod eſt dubitare de ipſis..

¶ Nõ.n. eſt palaʒ vtrum alteruʒ: aut idẽ cãe oĩbus aïalibꝰ ⁊ plantis eius qđ eſt: hec quidem eſſe longe vite: hec aũt breuis: ⁊ plãtarum has quideʒ pauci tẽporis: has aũt multum durabilem habere vitã. ¶ Adhuc aũt vtrũ eadẽ que longe vite: ⁊ que ſm naturaʒ ſana natura conſtantiũ: aut ſeparata ſunt. Et quod breuis vite ⁊ langoroſuʒ: aut ſm quoſdam quidam langores appropinquant langoroſa ſm naturam corpora his que breuis vite ſm quoſdam autem nihil prohibet langoroſos eſſe longe vite exiſtẽtes. ¶ De ſomno quideʒ igitur ⁊ vigilia dictum eſt prius. De vita autem ⁊ morte dicendum eſt poſterius. Similiter autem de langore ⁊ ſanitate quantuʒ adiacet naturali philoſophie. Nũc autem de cauſa eius quod eſt: hoc quidẽ eſſe longe vite: hoc auteʒ breuis vite: ſicut dictũ eſt prius conſiderandum.

¶ Intentio Ariſtotelis preſenti tractatu eſt inquirere cauſas longitudinis ⁊ breuitatis vite. Cõparareq; viuentia ſm longitudinem ⁊ breuitatẽ vite. Uerũ ãteaquã ſeriem verborum Ariſtotelis aggrediar ꝑmitto vnum documentuʒ cunctis quos expoſiturus ſum tractatibus introductorium cõmodiſſimum. Si potentia anime eſt organica: ⁊ actus: ⁊ ſi potẽtia exiſtit inorganica: ⁊ actus inuenitur inorganicus: operationes organice appropriate loquendo vocantur operationes coniuncti: ⁊ potentie organice potentie coniuncti: at intellectio operatio eſt propria aïe non coniuncti: ⁊ virtus intellectiua eſt potentia anime ⁊ nõ cõiuncti: ergo omnes operatões pertinentes ad virtutem vegetatiuã: ſenſitiuam ⁊ motiuam ſm locũ erunt cõmunes anime ⁊ corpori: ergo ⁊ virtutes vegetatiue: ſenſitiue: ⁊ motiue ſm locum potentie exiſtent coniuncti ⁊ organice. Operationes cõmunes anime ⁊ corpori poterant duobus modis conſiderari: ⁊ inquantum ſe tenent ex parte anime: ⁊ vt ſe tenent ex parte corporis: ratione diſpoſitionum quas requirũt in corpore: de operationibus cõmunibus anime ⁊ corpori quatenus ſe tenent ex parte anime in libris de anima copioſiſſime pertractatur: de quibus prout ſe tenent ex parte corporis in paruis naturalibus differitur: de intellectione vero operatione propria anime in tertio libro de anima duntaxat tractari potuit. Et licet de ordine horum tractatuuʒ non multum curandum ſit. Quia tamen cõmuniora in eadem facultate anteponuntur: viſum eſt mihi talem ſeruare ordinem: vegetatiuum prius eſt ſm naturam ſenſitiuo: ⁊ hoc motiuum ſm locum antecedit operationes ergo cõmunes corpori ⁊ virtuti vegetatiue inquantum ſe tenent ex parte corporis priꝰ determinande ſunt: in tractatibꝰ de longitudine: de iuuentute. De reſpiratione: de morte ⁊ vita. At opꝰ ſenſitiue cum tripliciter variari poſſet: aut ſcilicet ſm cõparationem ſenſus ad ſenſibile: aut ſm reditum ex ſpecie ſenſibili ſeruata apud animaʒ in rem prius acceptam in ſenſu: aut ſm ꝙ ſenſus egreditur vel ingreditur animal: de his operationibus in libello de ſenſu ⁊ ſenſato: de memoria ⁊ reminiſcentia: de ſomno ⁊ vigilia abunde differitur. In tractatu vero de motibus animalium inducuntur operationes cõmunes corpori ⁊ virtuti motiue ſm locuʒ: prout ſcilicet ſe tenent ex parte corporis. Ex his infero corolarie: ex tribus de anima libris ⁊ paruis naturalibus vnã naturalis phyloſophie partem integrari principalẽ: que quidem ⁊ ſexta ⁊ octaua pars appellari poteſt: in qua totali parte agitur de operationibus anime ⁊ cõiuncti ⁊ vt ſe tenent ex parte anime: ⁊ inquantum ſe tenent ex parte corporis. Infero ſecundo: ꝙ iſti tractatus ſunt ſcientifici: licet tales operationes ſint ſingulares ⁊ poſſibiles aliter ſe habere: cum componantur propoſitiones eterne veritatis ex terminis ſignificantibus huiuſmodi operationes: ſubiectum autem huius tractatus ſit iſte terminus vegetatiuũ quatenus ſubiitur terminis importantibus cauſas longitudinis ⁊ breuitatis vite: his expeditis deueniendum eſt ad ſeriem verborum Ariſtotelis.

**Sententia** huius partis ſtat in hoc: Conueniens eſt determinare quare aliqua animalium ſint longe vite: vt ſunt elephas ⁊ homo: ⁊ aliqua breuis: vt ſunt quedam animalia: quorum periodus non eſt niſi vnus annus vel dies: immo expedit conſiderare que omnium viuentium longitudinis vite cauſa ſit: ⁊ que breuitatis. ⁊ dixit hoc propter plantas: quarum quedam ſunt longioris vite: quedam breuioris. Non enim palam eſt an eedem ſint cauſe longitudinis vite animaliuʒ ⁊ plãtarum: necne: ⁊ vtrum eedeʒ ſint cauſe breuitatis vite animalium ⁊ plantarum: nõdum etiaʒ ſatis perſpectum eſt vtrum idem ſit eſſe diuturne vite ⁊ natura eſſe ſanum: itidem eẽ breuis vite ⁊ natura eſſe egrũ nempe nõnulli affirmant vitam lãguidam veloci curſu terminari: ſm quoſdam autem nihil vetat lãguore captos diutius viuere.

**Eſt primitus** aduertendum ꝙ eadem eſt cauſa ↄmunis lõgitudinis ⁊ breuitatis vite in plantis ⁊ animalibus. Iteʒ non idem eſt eſſe longe vite ⁊ eſſe ſanum: quãuis vnum alteri coadiuuet: neq; idem eſt eſſe breuis vite ⁊ eſſe egrotum: vnde alia eſt cauſa longitudinis vite: alia ſanitatis: alia breuitatis vite: alia egritudinis. ⁊ lʒ Ariſtoteles dicat de ſomno ⁊ vigilia dictum eſſe prius: de vita ⁊ morte dicenduʒ eſſe poſteriꝰ: nihilominus ordo quem ſeruare contendo impediri non de/

bet. ¶ Rurſus ſcienduꝫ eſt: viuentibus que creſcūt atqꝫ decreſcunt neceſſe eſt ineſſe potentiam nutriendi: ⁊ eſt vita viuentium materialium manſio anime nutritiue in calido naturali: tamdiu eiꝫ viuimus quandiu nutrimur: octauo phyſicorum. 20. de vita abſtractorum tractatur. 12. methaphyſice. 39. vnde omnis actus viuentis ſiue primus ſiue ſecūdus vt actus viuentis eſt: eſt vita. primo de anima. 95.

**Amplius** dubium erat vtrum eſſet eadem cauſa eſſendi ſanum ⁊ eſſe diuturne vite: ⁊ eſſendi egrotum ⁊ breuis vite: cui Ariſtotiles ſatiſfacit dicendo multos egrotatiuos: longeuos: ſanatiuos breuis vite: vnde cōmuniter tenetur ꝙ humiduꝫ pueri ethici curati ante curam eſſet melius pro vita pro calidi ſuſtentatiōe licet impediret reſtauratum melius eſt qualitatiue: eſt tamen etatiue magis deſiccatuꝫ: ſiccitas nāqꝫ etatiua eſt ineuitabilis ⁊ acquiſita non poteſt remoueri. non datur enim retroceſſus in etatibus: ſiccitas accidentalis aufferri poteſt.

**Auerrois** dicit longitudo igitur ⁊ breuitas vite nō attribuūtur niſi his quattuor qualitatibus: nō quantitati: neqꝫ alij qualitati: verbigratia grauitati ⁊ leuitati: ⁊ nigredini ⁊ albedini: nō eſt quātitas de numero principioꝝ actiuoꝝ. 4. phyſicoꝝ. 84. grauitas ⁊ leuitas ſunt ꝑfecto ſubſtantiales forme ellementoꝝ: qr tamen forme ſubſtātiales ſepenumero qualitates naturales appellant: ideo Auerrois grauitatē ⁊ leuitatē aſſeruit eſſe qualitates. Senſus eſt: licet cauſa radicalis ⁊ principalis generationis ⁊ interitus ſit materia in potētia: ⁊ contrarietas in formis: inſtrumenta tamen quib° cōmittuntur iſte mutationes ſunt quattuor qualitates prime: quaꝝ due ſunt actiue: ⁊ totideꝫ paſſiue: vnde qualitates prime ad ellementa comparate ſunt actiue omnes: at in reſpectu ad mixta due ſunt actiue: totidem paſſiue: ſiccuꝫ ⁊ humidum per pati diffiniūtur: calidum ⁊ frigiduꝫ per agere: neqꝫ caliditas pōt omneꝫ effectū ſiccitatis perficere. Siccuꝫ. n. ex aqua generat terram: nō caliditas: caliditas quoqꝫ faciēs humidum ſubtile mixti euaporare groſſo remanente exiccat per accidens: ⁊ puto ordinē qualitatū actiuitatis contrariū eſſe ordini qualitatum reſiſtētie: q̃tū eniꝫ ad latitudinē actiuitatis iſte eſt ordo: caliditas: frigiditas: humiditas: ⁊ ſiccitas: at latitudo reſiſtentie talis comprobatur: ſiccitas: humiditas: frigiditas ⁊ caliditas.

## Digreſſio.

**Inquiratur** vtrum omnis actio ſublunaris a primis pendeat qualitatibus: videtur ꝙ non: tum qr forma ſubſtantialis dat eſſe ſimplr ergo ⁊ operationē: tum qr: multe medicine graues purgant ſurſuꝫ ⁊ leues deorſum: ergo tales operationes qualitatibus ellementoꝝ non attribuūtur: tum quia conſumptio auri a corpore ſtrutionis ab ellementis non prouenit: tum quia ex repletione ⁊ nutrimenti multitudine naſcit egritudo ⁊ interitus: non omnis itaqꝫ actio perficitur qualitate ¶ Ad oppoſitum arguitur: omnis actio eſt a contrario: vera ꝯtrarietas primis ellementoꝝ qualitatib° concedit: ergo. Iteꝫ actio omnis eſt in motu: omnis motus eſt a contrario ad contrarium: ergo.

**Pro expeditione** queſiti attendendum primo omnē actionem fore a qualitate aut eſſentialiter aut initiatiue ⁊ coadiuuatiue: ⁊ hac lege virtutes occulte ꝑ qualitates ellementoꝝ in earum iuuantur actione: eſt ⁊ quantitas tantum de principijs paſſiuis non obſtante ꝙ ſit qualitati ratio agēdi. ¶ Rurſus obſeruāduꝫ: ignis nihil agit niſi per caloreꝫ: ⁊ nulla actio imediate egreditur a forma ignis. 7. methaphyce. 31. vnde calor inducit ⁊ calorem ⁊ formā: caloreꝫ virtute propria: formaꝫ inquātum eſt organum ⁊ inſtrumentum ignis: neqꝫ oportet ꝙ forma ſubſtātialis inducat formam: ⁊ calor caloreꝫ: cum poſſit ignis nō ab igne generari: ⁊ nō agat ignis inquātuꝫ ignis: ſed inquātuꝫ calidus: his queſito eſt plane ſatiſfactum.

¶ Sunt aūt habentia differentiā hanc tota ad tota genera ⁊ eorum que ſub vna ſpecie altera ad altera. Dico aūt ſm genus quidem differre: vt hominē ad equū. longioris enim vite genus hominū q̃ qđ equorum. Scdm ſpēm autem hominē ad homineꝫ. Sunt eiꝫ ⁊ homines: hi quideꝫ longe vite: hi autem breuis vite: alteri ſm altera loca diſtantes. Que quidē enim ⁊ calidis gentiuꝫ longioris vite. Que aūt in frigidis breuioris vite: ⁊ habitantium autem eundem locum differunt. Similiter aliqui qui hac differentia adinuicem.

¶ Sententia huius partis ſtat in hoc. Longitudo ⁊ breuitas vite comparantur: aut ſm genus: aut ſpecem: aut modum aut indiuiduū: ⁊ ita ſupplet Auerrois textum Ariſtotelis non cōparantis plantas ad animalia in hac diſtinctiōe. Qui ergo in calidis ⁊ humidis habitant regionibus longiorem habent vitā: cum caliduꝫ ſit cauſa vite ⁊ viuentibus beneficium: qui vero in frigidis breuioreꝫ: qm̄ frigidum cauſa ē mortis ⁊ ducit ad interitum. Immo eiuſdem regionis habitatores aliqui longe ſunt vite: aliq vero breuis: aūt propter aeris continentis diuerſitatem: aut potius propter cōtemperamentoꝝ variaꝫ diſpoſitionem. Et dicebat Ariſtoteles. 14. particula problematum problemate. 9. Cur diutius viuunt qui locis calidis ſuam degunt etateꝫ. ſoluit. quia natura ſunt ſicciore: firmius auteꝫ diuturniuſqꝫ eſt quod ſiccius ē: mors autem quedam putredo eſt. habitantes enim loca calida ſunt natura ſicciores habitantib° loca frigida propter caliditatem: ad quaꝫ quidem conſequitur exiccatio: cum humiduꝫ putreſcibile expiret: qđ autem ſiccius exiſtit: minus natum eſt putrefieri: qm̄ putrefactio eſt per calidum ⁊ humidū: at in locis frigidis multiplicatur humiditas per accidēs: hec autem faciliter putreſcit ⁊ ducit ad mortem putrefactione.

¶ Contra Auerrois in hoc tractatu inquit: qui habitant in regionibus calidis ⁊ humidis ſunt longioris vite: ⁊ hoc accidit propter accidens: ſcilicet propter paucitatem putrefactionis: ergo humidum ⁊ calidum non erunt cauſe putrefactiōis. Soluit Cōciliator: duplex eſt cōplexio calida ⁊ humida: vna ē naturalis a principio exiſtens creatiōis ex ſuis principijs:

cipijs: altera accidentalis ex vſu permutantium ad caliditatem ⁊ humiditateꝫ acquiſita: que vituperabilis extat: parata enim eſt de facili ad putrefactionē đ qua intendit Ariſtoteles cum dicit: in locis frigidis putrefactionē magis fieri q̃ in calidis. Auerrois autem de prima.

## Digreſſio.

**Dubitatur** que ſint regiones ⁊ loca ad longitudinem vite magis conducentia. In primis videntur frigida: dicēte Auicena ſecunda primi: in locis calidis ſenium aduenire in triginta annis: ſenium vero propinquum eſt morti. In regionib° aūt frigidis inueniunt hoies audaces bene digerentes ⁊ diu viuētes ⁊ ſubtilium ſpirituū Item homo eſt calidiſſimum animalium: ſed ſimile additum ſimili facit furere. Amplius in regiōe calida calidum extrinſecuꝫ educit humiduꝫ contenti ergo eſt cauſa putrefactionis. Rurſus habitantes in regionibus frigidis ſunt calidiores ergo potentiores ergo ſapiētiores ergo longioris vite: iſte rōnes faciunt vt Albertus magnus arbitretur habitantes in regionibus frigidis eſſe longioris vite: qui Ariſtoteli palam aduerſatur aſſerenti eos qui in calidis habitant regionibus longiorem habere vitam: cum calidum ſit cauſa vite ⁊ viuentibus beneficium.

**Solutio** itaqꝫ queſiti duobus abſoluat documentis. Primum ſit tale. Terra habitabilis partita eſt in ſemptem climata: habitantes loca valde calida breuis ſunt vite propter aduſtionem ⁊ conſumptionem humidi radicalis citam. Loca quoqꝫ valde frigida mortem accelerant: propter enim vehementem frigiditatem exteriorem calidum interius impellentem accidit ipſum vehementer profundari ⁊ inuiſcari in humido: quare illđ magis depaſcet ⁊ corrumpet. Neqꝫ veruꝫ eſt ꝙ quidam affirmant dicentes eos citius perire morte accidentali ⁊ violenta qui habitant regiones frigidas ⁊ habitantes loca calida velotius decedere morte naturali. Eſt autem mors accidentalis ⁊ violenta que cauſatur putrefactione: putrefactio vero eſt reductio humidi radicalis a ſicco facta a calore alieno extraneante calorem naturalem educentem humidum ad exteriora putrefacti: frigiditas enim extrinſeca cauſa eſt putrefactionis prohibens ne calor extraneus diſſoluatur a re in qua eſt: aliter ſi frigiditas non prohiberet: ſepararetur calor a re antequam putreſceret res: Concurrit etiam frigiditas intrinſeca calidum exiens expellens ⁊ putridum reddens incineratum. Mors naturalis prouenit ex conſumptione humidi naturalis ex dominio calidi. iſti enim non ſatiſfaciunt Ariſtoteli volēti ad longitudinem vite calidum ⁊ humidum proportionata requiri: conſtat autem in locis calidis hec reperiri amplius q̃ in frigidis. Item in eſtate eſt putrefactio per diſſolutionem ⁊ combuſtionem: combuſtio autem vt reor a fortiſſimo calore extraneo cauſatur potente abſqꝫ fauore caloris naturalis humidum ad exteriora educere: quandoqꝫ enim calor extrinſecus extraneat calidum naturale non educendo humidum: quandoqꝫ vtrūqꝫ operatur: ergo mors violenta eis eueniet qui in locis calidis habitant: ſicut ⁊ habitantibus in locis frigidis. Regio itaqꝫ calida vt calida eſt magis facit ad longitudinem vite q̃ regio frigida vt frigida: regio tamen frigida calidis complexiōib°: ⁊ calida frigidis viuentibus cōmodiſſima eſt: cum enim regio complexioni aduerſetur: naſcitur temperamentum. Et qui ſunt in locis calidis ſapientiores ſunt q̃ qui in frigidis.

## Secunduꝫ documentū eſt.

Quattuor ſunt complexiones lapſe a temperamento. Sanguinea ſcilicet: colerica: flegmatica: ⁊ melancholica: iter quas talis ordo reperitur quātuꝫ ad nobilitatem ⁊ durationem: ſanguinea: colerica: flegmatica: ⁊ melancholica. Eſt ſanguineus calidus ⁊ humidus: colericus calidus ⁊ ſiccus: flegmaticus frigidus ⁊ humidus: melancholicus frigidus ⁊ ſiccus. ¶ Neqꝫ rationes facte ante oppoſitum concludūt. Prima concludit regionem intenſe calidam nō conducere ad vitaꝫ vt eſt intenſe calida: licet regioni intenſe calide inquātum calida non repugnet concurrere ad longitudinem vite: neqꝫ verum eſt homines habitantes in regionibus frigidis eſſe diutius viuētes ⁊ meliorum ſpirituū: licet exiſtant audaces ⁊ vehementer de ſeipſis confidentes. putant eniꝫ ſuo robore omnibus poſſe reſiſtere: ipſaqꝫ ſuperare. Ad ſecundam: homo ⁊ ſi ſit calidiſſimuꝫ animaliū in regione tamē temperata calida erit diuturne vite. Ad tertiam dicendum eſt ꝙ habitantes loca frigida citius moriuntur morte naturali ⁊ violenta. Et ſi dicas: nō naturali: quia humidum multum eſt in eis ⁊ calidū. Solutio eſt: illud humidum eſt aqueum: neqꝫ cuꝫ calore ⁊ corde proportionatum: pereunt ⁊ morte violenta celeriter: quoniaꝫ licet ſint pingues: non eſt ipſorum pinguedo aerea: qualis requiritur ad longitudinem vite: eſt ⁊ cauſa accidentalis: quare breuiori durant tempore in regione frigidiori: inordinatio regiminis. ſunt enim effrenes brutales: ſunt maxime voraces: nunquam de futuris cogitantes: ⁊ ebrijs aſſimilantur quantum ad dipoſitionem corporis ⁊ anime.

¶ Oportet autem accipere quid facile ī natura corruptibile cōſtantibus: ⁊ quid qđ nō facile corruptibile.

¶ Sententia huius partis ſtat in hoc. Ellementa cum varientur qualitatibus primis: quia quedam ſunt ſimbola: quedam diſſimbola: ſunt cauſa trāſmutationum in mixtis: . ſi enim ellementa nō eſſent ſeinuicem tranſmutabilia non eſſet ſubiectum in alteratione: nec in ſubſtantia. primo de generatiōe primo. que cōditionalis tenet: quia omnis alteratio eſt mediate vel imediate in primis qualitatibus: generatio quoqꝫ finis eſt alterationis. primo phyſicoꝝ. 62. non intrinſecus ſed extrinſecus: quia qualitas acquiſita per alterationem terminat intrinſece ipſam alterationem. Item que a natura fiunt: fiunt per actionem qualitatum primarum ⁊ omnia talia generabilia ⁊ mortalia ſunt: que fiunt ſine tali actione ſunt ab arte ⁊ talia etiam caduca inueniuntur: ⁊ hoc ſiue fiant ab arte per compoſitionem: ſiue per ablationeꝫ: ſiue per tranſfigurationem: ⁊ ſm ꝙ res ſumit complementum ab arte vel a natura: ita artificialis ⁊ naturalis denominatur. ¶ Rurſus ſciētia ⁊ ſanitas peculiari pereunt corruptione: quando corrumpuntur ſubiectis ſaluatis: corrumpuntur autem per viam ſequelle ad interitum ſubiectorum: interitus formarū

Prius fit ꝑ ſucceſſuʒ cōtrarij vł priuatiue oppoſiti. Et ſi .12. methaphyſice .18. dicatur compoſitum tantum generari ⁊ corrumpi per ſe: formas vero per accidens: hic vero formas generari ⁊ corrumpi per ſe capitur hic generatio ⁊ corruptio pro inceptōe ⁊ deſitione cuiuſcūqʒ preexigentis ſubiectum: preexigē tis dico ſubiectum vel tanq̄ʒ partem vel non tanq̄ʒ partem. 12. methaphyſice. 18. capitur generatio pro inceptione alicuius preexigentis ſubiectum tanq̄ʒ partem: qua ſignificatione tantum compoſitum dicitur generari. At ſi iterum quiſpiam dicat: ſcientiam non corrumpi ſublato animali: quia permanet intellectus in quo eſt ſcientia tanq̄ʒ in loco ſeu ſubiecto. Dico ſcientiam aufferri ablato animali cum pendeat a fantaſmatibus: ⁊ cum deperditur ſcientia per obliuionez efficitur homo ignorans ignorantia negationis: que priuatiue ſcientie aduerſatur: cum autē per deceptionē: efficitur homo ignorans ignorantia diſpoſitionis errore cōtrario diſcipline: ⁊ his addo accidentia propria tantum deperdi per viam ſequelle: cōmunia vero vtroqʒ modo deperdi poſſe.

¶ Preterea non eſt anima in corpore veluti ſcientia in anima: eſt anima natura corporis animati ⁊ tota eſſentia illius: vnde forme ſubſtantiales ⁊ accidentales in hoc conueniunt ꝙ ad corruptionem ſubiectorum forme omnes deſinunt eſſe: vł informare: quod dico propter animam intellectiuam humanā: diſſentiunt vero: quia ſublatis formis ſubſtantialibus pereunt neceſſario ſubiecta illis informata: non autem occidunt ſubiecta neceſſario ad occaſſum accidentiū ⁊ hec eſt cauſa ꝙ dicebaʒ anno ſuperiori: primo phyſicorum. 14. accidens non poſſe quoquomodo a ſubſtantia denudari. ¶ Rurſus accidentia non ſunt nature: forme omnes ſubſtantiales ſunt nature: qꝛ principium motus ⁊ quietis. 2. phyſicoruʒ. 3. capitur interdum natura pro forma ſubſtantiali inclinante tantum ad vnam differentiam poſitionis: qua ſignificatione anima nō eſt natura: nec motus celi ⁊ animalis mortalis naturalis.

**Eſt aduertendum.** Accidentia incompoſſibilia forme introducende per viam ſequelle ⁊ per ſe corrumpūtur ſeu deſinunt eſſe: accidentia vero in re corrumpenda forme inducende compoſſibilia per viam ſequelle ⁊ per accidens pereunt: patet hoc exemplo: ſi calor ſit in tota aqua ſubiectiue: in aduentu forme ignis peribit calor conſecutiue per accidens tamen: riſibilitas hominis eo ſublato deſtruitur conſecutiue per ſe.

¶ Dubitatur cur peripatetici ſentiant accidētia non poſſe eſſe ſine ſubiectis. Dico hoc eſſe ꝓpter cauſalitatem quam habet ſubiectum ſupra accidens quaʒ cauſalitateʒ cauſa prima non poteſt ſupplere. Theologi quia volunt cauſam primam poſſe in effectum ſecunde ſine fauore ſecunde tenent accidentia reperiri in euchariſtia ſine ſubſtantia panis. Et ſiquis querat: vtrum qualitates prime agerent ſi a ſubiectis eſſent ſeparate. Reſpondet Auerrois primo de generatione quinquageſimoquito. calor ſi eſſet abſtractus per poſſibile vel impoſſibile ageret ⁊ non pateretur. cauſa enim actionis eſt forma: paſſionis vero materia: in ſumma ergo ellemēta ſunt facile corruptibilia: ⁊ quecunqʒ ex ellementis componentur tranſmutabilia ſunt ⁊ corruptibilia: quod enim ex corruptibili componitur: corruptibile eſſe neceſſe eſt: immo ex aliquibus compoſita conſtituentium naturam participant: ⁊ accidentium varie ſunt explicate deperditiones: ⁊ ſaluatis ⁊ non ſaluatis ſubiectis: ⁊ per ſucceſſum contrarij ⁊ priuatiue oppoſiti. ſepenumero pereunt accidentia.

### Digreſſio.

**Quia ſcientiam** acquiri ⁊ deperdi poſſe Ariſtoteles putat: ideo viſum eſt mihi quantum expedit propoſito modum inducere quo ſcientia acquiritur vel deperditur. In primis ergo aduertendum ꝙ Auerrois ſeptimo phyſicorum. 20. format iſtam rationem: cognitio acquiritur intellectui nulla mutatione facta in ipſo intellectu: ergo cognitio non terminat veram alterationem: vnde ſicut columna efficitur dextra ⁊ ſiniſtra per motum ſortis ſine mutatione eius: ita ⁊ homo efficitur ſciens abſqʒ mutatione intellect⁹: pars ergo cognoſcens non tranſmutatur ſed quoddam aliud: ⁊ ex hoc infero corolarie ꝙ intellectus agens non ponitur ex parte intellectus poſſibilis: ſed tantum ex parte obiecti: quod virtute intellectus agentis transfertur de ordine materialium ad ordinem abſtractorum. tertio de anima. 18. forma enim facta abſtracta preſentata intellectui poſſibili ipſum perficit abſqʒ hoc ꝙ inhereat veluti ſi per poſſibile intellectio qua ſortes intelligit lapidem eſſet ſeparata a ſorte: ⁊ tamen ſortes per eam intelligeret: tunc ipſa eſſet forma perficiens ſortem: non tamen inhereret intellectui ſortis. Et quemadmodum homo poſt ſomnum vtitur ſcientia actu: abſqʒ hoc ꝙ ſcientia acquiratur generatione ⁊ alteratione: ita quis incipit ſcire de nouo abſqʒ hoc ꝙ ſcientia illa noua terminet generationem ⁊ alterationem: verūtamen ſciens cuʒ non vtitur ſua ſcientia eſt in potentia accidentali: at addiſcens antequam addiſcat eſt in potentia eſſentiali: ⁊. 2. de anima. 58. ponebatur differentia inter doctrinationem ⁊ rememorationem: ⁊ eſt aduertendum ꝙ apud Platonem habitus erant cōnaturales intellectibus multiplicatis: ⁊ noſtrum ſcire erat reminiſci: at Auerrois arbitratur vnum tantum intellectum cui cognitio equi perpetuatur varijs diuerſorum hominum fantaſmatibus eaʒ cōſeruantibus: ⁊ ita apud Cōmentatorem noſtrum ſcire erat aliquo modo reminiſci. 3. de anima. 5. ſi autē fantaſmata valeant conſeruare intellectionem in intellectu: opus eſt vt ſit rectitudo accidentium: lumē nāqʒ intellectus agentis non figitur ſupra fantaſmata puerorum: ⁊ ebriorum: ⁊ ſi generaretur ſciētia eo tempore quo ſenſibiles ſpecies inordinate ⁊ confuſe habentur: tunc ex natura eius eſſet apud tranſmutationem: non acquiritur ergo ꝺ nouo ſcientia diſcipulo: quia cum ſit idem intellectus apud Auerroiʒ: erit ⁊ eadeʒ ſcientia: ⁊ dicebaʒ primo de anima. 66. ad hoc vt intellectio ſit generabilis ⁊ corruptibił ſat eſt eam colligantiam habere cum virtute organica: at intellectus humanus eſt ingenerabilis ⁊ icorruptibilis ſi ſit non cauſatus a corpore: ⁊ hac de cauſa dixi primo de anima. 12. ⁊. 13. intellectionem hominis eſſe operationem propriam non abſtractaʒ: ⁊ intellectum ipſum abſtractum exiſtere: officium ergo ꝑceptoris non eſt aliud q̄ʒ facere ꝙ intellectio que erat continuata cum ſuo fantaſmate continuetur cuʒ fantaſmate diſcipuli. Dico tamen ſm̄ fidem ⁊ veritatem



tem ꝙ preceptor cauſat in diſcipulo nouam ſcientiaʒ excitando intellectum eius per principia nota ⁊ per determinatam principiorum ad concluſionē applicationem: neqʒ ſequit̄ ꝙ ſcīa ſit qualitas actiua: quando enim actiua qualitas agit in aliud non requirit in illo in quod agit eſſe aliquod agens principale iuuas ipſam: at ſcientia preceptoris non eſt qualitas ſufficiens ad inducendum ſcientiam in diſcipulo: ſed principale agens eſt intrinſecum diſcipulo: vt intellectus agens ſuo lumine: verus etenim doctor eſt qui interius mentem illuminat: ⁊ intellectum ⁊ veritatem oſtendit: auctore lynconienſe primo poſteriorum.

**Rurſus** aduertendum: primo poſteriorum capite ſexto enumerantur quattuor conditiones quibus quidem ſcientia deponi poteſt ⁊ ſaluari: habens rationem: ſaluatus: ſalua res ſit: ⁊ non oblitus: veritas nāqʒ propoſitionis ſcite nō dependet ab exiſtentia ſubiecti ⁊ predicati. Et cum ad vnam concluſionem poſſint eſſe plura media potiſſima: vno medio ſublato noticia concluſionis abſolute non deſtruitur: ſed tantum reſpectu illius medij: perempto etiam ſciente tam principali q̄ʒ totali tollitur neceſſario ſcientia: que etiam auferꝫ ꝑ obliuione totalem: reminiſcētia. n. expoſcit obliuionē iperfectam ⁊ truncatam.

**Forte autem vtiqʒ.** Sententia huius partis ſtat in hoc: Ignis in concauo corruptibilis eſt: ⁊ cuʒ ibi nullum ſit corruptiuum naturale: neqʒ naturaliter poſſit eſſe: celum enim ⁊ ignis ibidem ignem cōſeruant: colligitur aliquod eē corruptibile: quod tamē nūquam corrumpetur: ⁊ aliquod habere poteſtatem calefaciendi quod tamen nūquaʒ calefaciet: ⁊ ita nō omnis potentia exibit ad actum: ergo ignis erit incorruptibilis in loco ſimpliciter ſurſum: vbi nullum habet contrarium. Item pereunt que inexiſtunt cōtrarijs ſm̄ accidens: contraria inuiceʒ interimuntur per ſe: ſed ſubſtantie non corrumpunꝫ ſm̄ accidens cum de nullo ſubiecto predicenꝫ. ſ. denomiatiue: nō enim indiuidua de predicamento ſubſtantie pereūt eo modo quo accidentia ſaluis ſcilicet ſuſceptiuis: aut per contrarij actionem: aut conſeruantis ablationem: quia ipſa tota compoſita ſunt ſubſtantie ⁊ non ſunt in ſubiecto: ergo vbi corruptibilia nullū hēbūt contrariuʒ: erunt incorruptibilia: igni itaqʒ nihil cōtrariatur ⁊ maxime in concauo lune: ergo nō poterit ibi corrumpi: neqʒ etiam in alio corrumpetur: qꝛ nō poteſt deſcendere naturaliter: neqʒ violenter: quia nullum eſt ibi violentans: neqʒ naturaliter pōt eſſe aliquod ibi ignem deorſum violenter impellēs: qm̄ oporteret illud violentās vincere celū ⁊ ignem que reſiſtunt violentanti: ⁊ hac eadem ratione poſſʒ ꝓbari terram in cētro exiſtentē eternam eſſe: que quidē terra cū ibi nullum habeat cōtrarium erit eterna: nō enim a celo: nec a ſeipſa: nec ab aliquo elemento: cū nulluʒ elementum attingat illam partem corrumpi poteſt. Solutio eſt: quāuis corruptibile ī eo loco eēt in quo nihil ei eēt cōtrarium: non tñ ſimplr̄ eēt icorruptibile. nam ipſum extra locū ſuum exiſtens itidē corrumpereꝫ: neqʒ admittendū eſt corruptibile ī aliquo loco eſſe poſſe vbi nihil ei aduerſetur: nam quicquid ex materia componitur: ei aliquid eſt cōtrariū: cum impoſſibile ſit omne ens naturale eſſe calidum: aut omne frigidum: ſi enim ſemper vnum eodemqʒ modo diſpoſitum eſſet agens: ⁊ vnum itidem patiens: tranſmutatio nulla fieret: cum etiam in omni tranſmutatione debeat eſſe aliquod abundans quod ſit contrarium paſſo: ⁊ omnis permutatio ſit a contrario in contrarium: ⁊ quāuis nullum actu ponatur ipſi contento contrarium q̄ʒ ipſum continens: ſiue ipſum continēs ſit corruptibile ſiue non: tamen contentuʒ a cōtinente tandeʒ corrūpetur: nempe cōtinens efficit cōtenti corruptionē: modo ei contrarium ſit: aut ſaltem coadiuuat: tametſi non ſit cōtrarium. ¶ Unde obſeruandū eſt: ad materiaʒ in potentia ſequitur contrarietas in formis: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ ſepe vna: ſepe due explicantur cauſe generationis ⁊ interitus: ⁊ ſi non eſſet in formis contrarietas: forme que eſſent: eſſent intelligentie. in hoc enim intelligētie differunt a formis eductis: intellectibus nihil penitus aduerſatur: nec poſitiue nec priuatiue: formis eductis multa opponuntur: ⁊ ſi in poſt predicamentis dicatur vnum contrariuʒ poſſe eſſe in natura ſine reliquo. Dico ad eſſe vnius contrarij ſequi alterum aptitudine ⁊ ſi non actu: in qualitatibus ſecundis: qꝛ prime ad ſalutem mundi omnes neceſſario ponunꝫ. ſi enim non puleret: iueret mundus. dicebat Auerrois. 2. phyſicoꝝ. 77. ¶ Iterum ſciendū: non poſſunt contraria non permutari ergo omne corruptibile de neceſſitate corrumpetur. ſuperfluū enim cōtrarium agit in contrariuʒ: ⁊ corrumpetur ignis in concauo non a contrario formali: ſed a celo continēte: quod eſt virtualiter cōtrariuʒ igni. non eniʒ ſm̄ quālibet ſui partem celum eſt intenſiſſimi caloris conſeruatiuū: non poteſt autem pars ignis data continuāte illius gyratione euadere: quin aliquando ſupponatur parti celi calorem intenſiſſimū remittenti: ⁊ cōpletur illi⁹ ꝑtis ignis deſcenſus ꝑte ignis leuiore: locum vbi illa prefuit ſubintrante. Itē pars terre centralis poſt longiſſima tempora vſqʒ in ſuperficiem terre adducetur: terremotibus: multiſqʒ alijs adiuuantibus. Et infert Ariſtoteles maiorem flāmaʒ minoreʒ quodāmodo corrumpere: citiuſqʒ corrumpi facere: tamen maior flāma minori non contrariatur formaliter. Item cum omnia viuentia in continuo ſint motu: fiant ⁊ corrumpantur: continens ea continuū motum ⁊ interitum ipſorum aut operatur aut ad ea efficienda cooperatur. Inſuper viuentia que ꝺ loco ad locum permutantur: quandoqʒ quidem fiunt durabiliora: interdum vero anteq̄ʒ ad determinatā natura periodum perueniant: deficiunt: hinc fit vt ſicut eterna nullum habent contrariuʒ ⁊ in nullo loco: ita quecunqʒ materie ſenſibili coniuncta ſunt vbicunqʒ ſunt habent contrarium: quapropter quātitas que materie in potentia coniuncta eſt habet contrarium pro motu perficiēdo opportunum: qualitatibus vero conſtat aliquid contrariari. Motus quoqʒ localis de contrario in contrarium tendit: ergo in omni trāſmutationuʒ genere facile eſt contrarietatē inuenire.

### Digreſſio.

**Dubitatur** cur eſt ꝙ omne corruptibile de neceſſitate corrumpetur: nō tñ omne generabile neceſſario generabitur. Dico hoc eſſe: quia quelibet prima materia reſpicit genus formaruʒ ⁊ talem reſpectū ad genus forme fruſtrari eſt impoſſibile: corruptibile ſignatum neceſſe eſt deficere: vt potentia ad genus forme non fruſtretur: potentia materie ad ſignatam formā impediri poteſt ab

exitu in actu:ideo determinati generabilis non ē neceſſaria generatio. ¶ Iteruꝫ dubitatur nunquid oīs potentia neceſſario exeat in actum. Dico non omneꝫ potentiaꝫ in indiuiduo ſed in ſpecie neceſſario exire ad actum:ꝛ hoc ne mundus ſuo careat ornamento. Dico etiam omneꝫ potentiā reſpectiuā eſſentialem neceſſario exire ad actum:non aūt reſpectiuā accidētalem:vt dixi anno ſuperiozi.pzio phyſicoꝝ.70. Uñ antiqui crediderunt potentiā ad non eſſe infinitaꝫ in futuro:ſicut ꝛ potentiā ad eſſe viderūt infinitam in pzeterito:at Auerrois:primo celi.120.declarauit potentiam ad corruptionē nullam eſſe infinitam:potētiam autē ad generationē docuit eſſe infinitam:eſſentialem finitaꝫ:vnde duplex eſt potentia materie abſoluta ſcilicet ꝛ reſpectiua: ꝛ reſpectiua alia eſt accidentalis:alia eſſentialis: accidētalis eſt eterna a pte ante ꝛ deſinit eſſe a parte poſt:ꝛ fundatur ī priuatōe ꝛ terminatur ad formam generandam:ꝛ multiplicaꝫ ad numerationē formaꝝ introducendaꝝ:neqꝫ inconuenit reſpectus ratōis ꝛ infinitos eſſe ꝛ eternos tm̄ a parte ante. Eſſentialis incipit eſſe ō nouo ꝛ deſinit eſſe:ꝛ fundatur in materia diſpoſita:ꝛ hāc potentiaꝫ neceſſarium eſt reduci ad actum: cum incipit eſſe in materia in tempore interminato ante primuꝫ eſſe forme inducende:nullo alio inſtanti clauſo:itaqꝫ quādo eſt verum dicere:hec materia non eſt ſub.A.forma: ſed neceſſario eſt futura ſub.A.forma:tunc potentia reſpectiua eſſentialis incipit eſſe in materia:ꝛ ē noua ex vtraqꝫ parte:ꝛ quia neceſſe eſt vnūquodqꝫ corruptibile deſinere eſſe:ꝛ corrumpi in contrariuꝫ determinatum:ideo non poteſt potentia ad corruptioneꝫ accidentalis ꝛ eſſentialis iueniri infinita. Immo exiſtimo hanc propoſitionem eſſe falſam. Datur potentiā infinita accidentalis ad corruptionem: quia potentia accidentalis non neceſſario reducitur ad actū: ſed omnis potentia ad corruptioneꝫ neceſſario reducitur ad actum:potentia autem ad generationem accidentalis eſt infinita a parte ante: eſſentialis noua ex vtraqꝫ parte.

**Erunt autem neqꝫ.** Sentētia huius partis ſtat ī hoc: nec magnitudo:nec paruitas:nec ſanguis:nec habitatio in terra:nec in mari: nec eſſe plantam: nec eſſe greſſibile ſunt cauſe longe vite:ꝛ inter plantas. Cupreſſus ꝛ palma:īter animalia elephas ꝛ homo diutius durant. Antiquitas cupreſſum mortuis dicauit eo ꝙ in modum hominis exciſa non pullulet. Palma auget ſperma ꝛ iuuat ad coitum. Elephas viuit. 300.ānis: ꝛ eſt obedientior atqꝫ diſciplinabilior ceteris brutis in tantum ꝙ inſtruitur adorare regem: ꝛ cum oſſa ſolida habeat ſine iuncturis : cadens nō poteſt ſurgere. Et ſi homo magis abundet pzicipijs vite calido.ſ.ꝛ humido q̄ elephas:elephas tñ diutius durat:cuꝫ nō ſit ita debita pportio calidi ad humidum in hoīe:veluti in elephante.

**Auerrois** ſcribit ī calce tractatus. Antiqui attribuunt longitudinē ꝛ breuitatem vite cauſis accidentalibus:quidaꝫ enim dicunt ꝙ cauſa longitudinis vite eſt locus calidus ꝛ ſicc°: ꝛ quidam magnitudinem corporū:ꝛ quidam multitudinem ſanguinis ꝛ ſpiritus: locus calidus ꝛ ſicc° non poteſt eſſe cauſa longitudinis vite:quia eſt comburens ꝛ conſumens humorē naturalē:eſt autē humidum naturale fundamentū vite:quare eſt ſoluꝫ p accidens cauſa lōgitudinis:eo ꝙ putredo in eo minozatur:quia putrefactio que accidit per humiditatem minozatur in tali loco:ꝛ ideo loca frigida ꝛ ſicca magis videntur eſſe cauſe longitudinis vite q̄ calida ꝛ ſicca:quia carēt putrefactiōe que fit ex humiditate:ꝛ putrefactione que fit ex caliditate: ideo primum eſt iſtis regionibus ꝙ mors que accidit ex putrefactione raro accidat in eis:prouenit enim putrefactio per congelationem ꝛ deſiccationem: ꝛ per diſſolutionem ꝛ combuſtionem:ꝛ ſimiliter magnitudo corporum non eſt cauſa longitudinis vite niſi quando magnitudo prouenit ex multitudine calidi ꝛ humidi proportionati:non ex abundantia partis terreſtris in eis:ꝛ ideo licet animal ſit paruū corporis:tamen longiozis vite eſt multis animalibus que ſunt maximi corporis:vt apes cuius vita ponitur decem extendi annis:cum tamen ſit parua: ꝛ Malachia vero magna duobus. Neqꝫ etiaꝫ multitudo ſanguinis per ſe:verum per accidens eſt cauſa longitudinis vite:quoniam accidit animalibus ex habundantia calidi ꝛ humidi interdum ſuffocari:ſimiliter neqꝫ ſpiritus:qꝛ facit interdū ad vite breuitateꝫ:ppter ipſius exuſflationem maiorem.

**Oportet enim accipere.** Sentētia ſtat in hoc. Ad hoc vt viuens ſit diuturne vite hec requiruntur:humidum non facile exiccabile a calore naturali:non pauce quantitatis:non aqueum:ſed aereum ꝛ pingue:quia ſi eſſet aqueum cito infrigidaretur. Debitus calor proportionatus humido:regio tēperata:illud itaqꝫ longiozis vite erit:quod erit optime temperatum temperamento faciente ad longitudinem vite. Calidum igitur ꝛ humidum ſunt cauſa vite:frigidum ꝛ ſiccum cauſa mortis:oppoſitorum enim effectuum oppoſite debent eſſe cauſe:ꝛ humidum ꝛ calidum in quanto ꝛ quali contemperata eſſe debent:hinc eſt ꝙ animalia in venerem prona:illiꝰ ſepius indulgentia cito ſeneſcunt: nam ſemen cum frequentius emittitur exſiccat animal: qua de cauſa mulus longiozis eſt vite q̄ aſinus ꝛ equa ex quibus procreatur:ꝛ paſſerum famelle maſculos vita exuperant. Item viri laboribus fracti ꝛ attriti citius ſeneſcunt. Rurſus quedam plantaꝝ longiozis q̄ aialia durationis exiſtūt:ꝛ habent plante modū viuendi quodāmō ſimē inſectis aīalib°: ceterū īndē aīalibus plante perſimiles ſunt:nam animalia quoꝝ ſupiores corporis ptes groſſiores ſunt pmanētiozis ſunt vite:iccirco maſculi ſuis femellis ſunt viuaciores:ꝛ nam exiguo corpore homines partes ſuperiores habent groſſiores q̄ femelle: ita plante robuſtas ꝛ groſſas ſūmitates habentes longiori tempore pdurant: ſūmitates aūt plante ſunt radix: ꝛ partes ipſi° trunci radici adiacentes:cum radix ſit caput plante 2.de anima.38.

**Eſt** primus cōſiderandum:Calor naturalis inquātum naturalis ſubtiliat:digerit ꝛ humdum:ipſuꝫ cum ſicco admiſcēdo:formāqꝫ educendo de potentia materie: ꝛ a Cōmentatore explicantur due cauſe longitudinis vite:dūum qualitatū actiuarum ſupra paſſiuas: ꝛ debita īter qualitates actiuas ꝛ paſſiuas pportio: cum itaqꝫ ad longitudineꝫ vite requiratꝫ humiduꝫ nō paruū:corpora malencholica ꝛ colerica minoris erūt vite tēperatis ꝛ ſanguineis: ꝛ cum humiduꝫ vitale debeat eſſe nō aqueū: flegmatici non diu durabunt: vnde mozietur malencholici naturaliter frigiditate congelāte ꝛ ſiccitate rarefaciēte:colerici propter ſiccitatem humidum rarefacientem: flegmatici propter frigiditatem congelantem: ſanguinei ꝛ temperati propter deffectuꝫ qualitatum humidi ſubſtentantis calidum.

**Rurſus** ſciendum: tres ſunt ſupfluitates in corpore animalis prefecti : ſperma: phlegma:tabes:eſt ſemen aptum ſtatim conuerti in ſubſtantiam mēbrozuꝫ:qꝺ quideꝫ ab omni parte corporis decidiꝫ:ꝛ maxime a principantib°:in quo iuenitur virtus formatiua: cuius officium eſt pducere ſimile illi a quo eſt deciſum ſemen: quaꝫ habet a vaſis inuolutis ſꝫm Ariſtoteleꝫ: ſꝫm medicos a feminarijs vel a teſticulis. Et ſiquis querat:vnde cauſetur maxima que habeꝫ in coitu delectatio. Dico qꝛ omnis dolor aut eſt mala complexio diuerſa:aut ſolutio continuitatis:ꝛ omnis delitia remotio aut male cōplexionis diuerſe:aut ſolutionis ꝯtinuitatis:auffert emiſſio ſpermatis erecte virge ſolutionem continuitatis non multum ſenſibilem : hanc veneris delectationem non precedit dolor:veluti in ſcabie ſempre peritur dolor precedens delitiam:ſed de his quarta particula problematuꝫ plena eſt.

**Queratur** an iſte due ꝓpoſitōes ſint cōpoſſibiles: hō deteriorem hʒ odoratum ceteris animalibus: ⁊ hō plures dr̄ias odorum comprehendit q̄ʒ alia animalia. Solutio ē: tales propoſitiones ſunt compoſſibiles: hoc fundamento: hō inter animalia ſm̄ quantitatē ſui corporis maius hʒ cerebrum: ⁊ hoc fuit inſtitutū a natura propter multitudinem virtutuʒ ⁊ operationū: eſt ⁊ cerebrum humanum admodum frigiduʒ ob temperandā cordis caliditatem: ⁊ cum organum odoratus ſit maxime iuxta cerebrum ſituatū: icc irco ob frigiditatē cerebri nō potuit odoratus humanus nō niſi maxima cuʒ difficultate ab odore imutari propter improportionē: cū odor ſit calidi ⁊ ſicci: at bruta cum nō habeāt cerebrū ita frigidum ⁊ humidum: nec organū odoratus: melius imutabūtur organa brutorum odoratus ab odoribus q̄ʒ organum hominis: ⁊ cadeʒ de cauſa homo ſentit illos odores quos bruta nō comprehendunt: quia caliditate ⁊ ſiccitate illorum odorum confortat ⁊ admodum iuuatur: ⁊ licet tempore quo flores vigent: canes nō ſint apti ad venandū: hoc tamen non eſt per ſe propter odores: ſed eſt propter aliquā qualitatem conſequentē diffuſionē illorum odorum: qua quidem impeditur olfatus canis: cuius ſignū ē ꝙ canis non percipiat tales odores: quia ſi ſit repletus cibis: nō famelicus: eat dormitum in locum vbi multa odorifera ꝯperiantur: nō plus ibit verſus odores q̄ʒ verſus aliaʒ partem: imo fortaſſis iacebit vbi ñ erūt odorabilia. Contra: odor eſt obiectum adequatū olfactiue potentie: ergo odor ꝑfectus ⁊ intenſus aplicatus olfatui ꝑfecto ⁊ intenſo eum mouebit ad ſui notitiam ⁊ cōprehenſionē. ¶ Sunt qui dicunt bruta ꝑcipere odores florum: ſed eis nō delectari: neq̄ʒ triſtari per ſe: ſed per accidens: ratiōe alicuius qualitatis corruptiue illis copulate: videtur tamen tenere Ariſtoteles bruta illos odores nequaq̄ʒ ꝑcipere: cū caliditate ⁊ ſiccitate illorum odorum cerebrum bruti nō ꝯfortetur: neq̄ʒ iuuetur. Quare dicenduʒ eſt ſenſus nō ſimiliter ſe habere in relatiōe ad ſenſibilia ꝓpria: nec quo ad ſimiles notitias: nec quo ad iuditia ꝺ ſenſibilibus ferenda: vnde viſus ⁊ auditus vniuerſaliter cōprehendunt obiecta eoruʒ: ſaluatis cōditiōibꝰ. Tactus nullus exiſtit qui omne tangibile cognoſcat: cum organum tactus nō ſit denudatū a qualitatibus tangibilibus. Stat etiam ꝙ ab aliquo tactu vnuʒ obiectum iudicetur frigidum: ⁊ ab alio apprehendetur calidum. Uni quoq̄ʒ guſtui aliquid apparet boni ſaporis: alteri nō boni: nec delectabilis: immo vni guſtui vno tp̄e aliquid apparet boni ſaporis: eideʒ alio tp̄e apparet ſaporis diſplicibilis: ⁊ cū odor inſequatur ſaporem idem erit iuditium de odoratu: ergo nō erit incōueniens ꝙ aliqua odoratiua potentia quantūcunq̄ʒ intenſa ⁊ acuta nō cōprehendat odoreʒ quēlibet quātūcūq̄ʒ ſit intenſus: ergo odorabile ſm̄ totā ſui latitudinem nō erit obiectum adequatum cuiuſcunq̄ʒ potentie odoratiue: ergo latitudo obiecti proprij ſenſus exterioris adequabit potentiaʒ in tota ſui latitudine: quia qꝺ nō percipitur ab hac potentia: capietur ab alia: neq̄ʒ oportet latitudinē obiecti proprij adequare quālibet ſingularē potētiā: quēadmodum .n. nutrimentū eſt obiectuʒ virtutis nutritiue:

tamē nō quodlibet nutrimentuꝫ eſt ꝓpriū obiectum cuiuſcūqꝫ virtutis nutritiue: tota nāqꝫ latitudo nutrimenti adequat totam latitudineꝫ nutritiue virtutis: nō tñ cuiuſlibet virtutis. Ita pari modo dicat in olfatu ⁊ guſtu: quare ⁊c.

**Obijciet autem aliquis.** Sententia huius capitis ſtat in hoc. In primis queritur nunquid qualitates ſenſibiles ſint partibiles ī infinitū: ⁊ hec qȝ poteſt intelligi de diuiſiōe in ptes graduales ſubiectiuas ſꝫ quas fit intenſio ⁊ remiſſio: ⁊ in ptes quātitatiuas ⁊ abſolute ⁊ in cōparatiōe ad ſenſum: vtrū videlicet quacūqꝫ qualitate data quā ſenſus pōt ſentire ſeparatā a toto: quālibet minorē poſſit diſtincte ſentire ſeparataꝫ a toto: ⁊ preſenti parte inducuntur iſte ꝓpoſitiones: ſunt finite ſpecies qualitatū ſenſibilium per ſe. Qualitates ſunt in infinitū diuiſibiles in partes ſenſibiles in potentia: nō in partes ſenſibiles in actu. Qualitates nō ſunt in infinituꝫ diuiſibiles in ptes ſepatim exiſtere poſſibiles aliquo longo tpe.

**Series** autem verboꝝ Ariſtotelis talis eſt: cū omne corpus in infinitū ſit diuiſibile: nūquid qualitates ſenſibiles in infinituꝫ partiantur: ꝙ nō videt: quia ſi ſic: ſenſus eſſent diuiſibiles in infinitum: qȝ cōſtat eſſe falſuꝫ: qꝛ requirunt organa determinata ī quātitate ⁊ in ꝗlitate: vnde ſi ſenſus ī infinitū diuidi poſſit: oīs magnitudo quātūcunqꝫ parua eſſet ſenſibilis: nullus.n. ſenſus apprehēdit ſenſibile ſine magnitudine: cū qualitates oēs magnitudini copulate exiſtant. At etiā apparet paſſiones i infinitum diuidi poſſe: tum ne detur aliqȝ corpꝰ inſenſibile: tum qꝛ ſenſibilia corpora eſſent ex nō ſenſibilibus corporibus: tum qꝛ ſi eſſet aliqd tale ſine ſenſibili paſſione: ſenſu nō pciperet: ergo neqꝫ intellectu: inueniret ergo corpꝰ inſenſibile: corpus cōſtitutum ex mathematicis: ⁊ erit aliquod corpꝰ nō cognoſcibile. Neqꝫ eſt dicendū paſſiones eē indiuiſibiles pariter ⁊ magnitudīes indiuiſibiles: qꝛ has eē nō poſſe monſtratum eſt. 6. phyſicorū: veruꝫ hec ſunt approbāda: paſſiones ſenſibiles nō ſunt ſm ſpecieꝫ in infinitum diuiſibiles: ſunt nāqꝫ ſpēs finite: qꝛ extremis determinatis media ſunt terminata: ſed extrema ſunt cōtraria: ergo media ſunt determīata ꝗ ſenſibiliuꝫ ſpēs finite ſunt ⁊ non infiuite. Contra linea finita hꝫ duo extrema: ſcilicet duo puncta inter que ſunt infinite partes linee. Dico ꝙ nō eſt incōueniēs infinita quātitatiue diſtincta eſſe inter duo extrema habentia cōtinuationē adinuicē: ſed ſic nō eſt poſſibile de infinitis ſm ſpēm diſtinctis: que quidē nō poſſunt ꝯtinuari. Contra iterum: nō ſunt colores medij diuerſi niſi ꝓpter diuerſas ꝓportiōes extremoꝝ: modo tales ꝓportiones pñt eſſe infinite ſm ſpēm vt dupluꝫ ⁊ triplum ⁊c. In primis dico ꝙ inter calidum ⁊ frigiduꝫ nulla eſt ſpēs media: vel ſi ſic: eſt vna tm̄: tñ pñt eſſe infinite ſpēs comparatiue ſi fiat motus a calidiſſimo ad frigidiſſimū: qꝛ variantur infinite ꝓportiōes nominate diuerſis nominibꝰ ſpecie. Secundo dico inter albū ⁊ nigruꝫ eſſe plures ſpecies ⁊ finitas: rō diuerſitatis eſt: qꝛ calidū ⁊ frigidū p actionē ⁊ paſſionē eorū ⁊ p ſolam mixtionē gradnū caliditatis cuꝫ gradibus frigiditatis cōſtituūt omnia ſua media: ppea oīa illa media ſub vna ſpecie continentur: ſed album ⁊ nigrū nō ſic conſtituūt ſua media īmo concurrunt alia agentia ob quorum diuerſitateꝫ habent colores medij finiti: vnde ſi fiat tranſitus a calidiſſimo ad frigidiſſimum opꝫ tranſire per omnia media: nō ſi ab albiſſimo ad nigerrimum opꝫ tranſire per medios colores. Amplius inquit Ariſtoteles ꝯtinuum eſſe diuiſibile in infinitas partes īequales ⁊ finitas ptes equales: vnde aduertendum eſt ꝙ nō obſtante ꝙ corpus ſit diuiſibile in infinitum: tamen pōt cōſumi per reſecationem partium eiuſdem quantitatis: nō eiuſdem ꝓportionis: qualitates ergo ſenſibiles cum ſint ꝯiuncte magnitudini erunt diuiſibiles ſicut ipſa magnitudo: cui cōiunguntur ſcilicet in infinituꝫ potentia: hic eſt ꝙ qualitatum ſenſibiliū alique ſunt actu: que per ſe exiſtunt ⁊ alijs nō ſunt copulate: alie vero potentia: que quidem alijs ſunt ꝯiuncte: licet autē ſenſus nō omne ſenſibile actu diuiſum percipere poſſit: vt viſus milleſimaꝫ milleſime grani millij: nec auditus ſonum in minori ſemitono ꝯſiſtentē: tamē oīa ſenſibilia potentia deprehendere ſenſus pt: vt color quātuluſcūqꝫ alteri cōiunctus: ⁊ ſonus ⁊ odor percipitur a ſenſu: nam alijs cōiunctus ſimul cum eis viſuꝫ: auditum: aut olfatum mouet: licet quilibet de p ſe ſenſuꝫ mouere non ſufficeret. ¶ Eſt obſeruandum ꝙ nihil videtur qȝ appareat indiuiſibile: ſiue videat per intentionem ſibi appropriatā: ſiue per accidens ⁊ indiſtincte: vt ſentiuntur partes ſenſibilis: que ſunt et ſenſibiles etiaꝫ ſi nō poſſent ſentiri: ⁊ ſi aliquis viſus poſſet per ſe pati ab aliquo: ⁊ a ſubduplo: a ſubquadruplo: ⁊ ita deinceps: ille viſus eſſet infiniti vigoris: quia in infinitum minorato viſibili: in infinitum maioratur viſus debens illud videre: nō tamen efficitur viſus infinite perfectionis ſi patiatur ab aliq̄ partialiter ⁊ indiſtincte ⁊ a ſubduplo ⁊ ſubquadruplo: ⁊ ſic in infinituꝫ: infinite.n. parua eſt certa albedo viſu ſenſata in toto: nō tñ infinite parua albedo ſeorſum exiſtens vt nō in toto videri pōt.

**Preterea** oſtendit Ariſtoteles ſonum ⁊ odorem prius medium ꝙꝫ ſenſuꝫ immutare: colorem vero ⁊ lumen eodem momento mediū ⁊ viſum attingere: ⁊ ratio eſt: qꝛ ſonus ⁊ odor motu egent locali ad ſui diffuſionē: lumen aūt ⁊ color ſola lucidi preſentia: eſt nāqꝫ viſus ceteris ſenſibus magis ſpiritualis: vnde ſi congelatio aque que tempore perficitur nō prius in vna parte ſubiecti ꝙꝫ altera ſed in toto ſubiecto ſimul acquiritur: quanto magis illuminatio que tempore vt perſitiatur nō indiget: ſi in vna parte medij prius ⁊ in altera poſterius acquirit: ſed ſimul in toto medio: ſit.n. aqua ⁊ eius omnes partes vniformiter diſpoſite ⁊ producens ſit regulare: tunc.n. nō prius ſm extremas partes congelabit aqua ꝙꝫ interiores: ſed ſimul ⁊ regulariter ſm oēs: neqꝫ oportet ſemper omne agens prius agere ī propinquum ꝙꝫ in diſtans: niſi eius actio motui ſm locū cōiuncta ſit: ⁊ propinque partes ad actionē recipiendaꝫ magis diſpoſite ſint: remote vero agenti partes minus: neqꝫ ex his ſequetur nō prius fieri motū ad medium ꝙꝫ extremum: nam in medium prius ꝙꝫ extremum motū fieri debere intelligendū eſt ꝺ medio motus ⁊ extremo motus ⁊ non de medio ⁊ extremo ſubiecti: debent.n. prius acquiri caliditas trium graduum ꝙꝫ quattuor: contingit ergo totam aquā ſimul alterari: ſi ly totum diſtribuatur pro qualibet parte quantitatiua aque: ſed non ſi ly totum diſtribuatur pro qualibet parte graduali qualitatis introducēde.

**Poſtremo.** oſtēdit Ariſtoteles ꝙ ſentimꝰ plura ſimul: ⁊ pluribꝰ ſenſibꝰ: ⁊ vno ſiue interiori ſiue exteriori: ⁊ induco has ꝓpoſitiones. Pria eſt: cū vnuꝫ totuꝫ ſentitur: plura ſentiuntur: qꝛ totuꝫ eſt ſue partes. Scda ꝓpoſitio eſt: plura eque perfecte ſentiunt: ſicut aliquod totū: cuꝫ illud totum ſit vnum ⁊ plura: partes.n. coniunctim ſunt ſuuꝫ totuꝫ nō diuiſim. Tertia eſt: nō pñt plura ꝗ ſentiuntur ita pfecte ſentiri ſicut aliqȝ vnum. Quarta eſt: poſſibile eſt ſumendo totū ſimul ⁊ partē eius: partem eius pfectius ſentire toto: ⁊ hoc cum totum illud valde magnū eſt. Quinta eſt: nō poteſt ſenſus duo ita perfecte ſentire ſicut vnū. Contra: albū ⁊ nigrum poſita iuxta inuicem magis eluceſcunt: dicitur forte ꝙ ſenſus tunc decipitur in iudicando magis album illud ⁊ illud magis nigruꝫ: vel cognitione diſtinctiua perfectius ſentiūtur ſenſatione cōmuni ꝙꝫ propria: ⁊ eſt cōſiderandū ꝙ anima nō ita perfecte attendit ad duo ſicut ad vnuꝫ: ideo licet ſpecies poſſent eſſe in ſenſu perfecte: tamen ſenſus nō poſſet bene ⁊ ea cōmode attēdere ad ea que per illas ſpecies repreſentantur. Quare cōcludendum eſt: omne corpus naturale quod ſentitur eē diuiſibile ⁊ ſi quid indiuiſibile ſit: ipſum erit inſenſibile: nam nullum ſenſibile percipitur a diſtantia infinita ſed finita: vt color a finita diſtantia percipitur ⁊ ſonus ⁊ odor: ergo erit aſſignabile diſtantie vltimū vnde non ſentitur: ⁊ eſt terminus diſtātie vnde nō ſentitur: vltra quem nulla eſt diſtantia vnde nō ſentiat: ⁊ eſt preterea primuꝫ diſtantie vnde ſentitur: ⁊ eſt terminus diſtātie vnde ſentitur: quo nullus eſt prior vnde primū ſentiatur: ⁊ ſicut idem eſt punctum quod eſt finis vnius partis linee ⁊ pricipium alterius: ita idem extremum ſiue vltimum diſtātie vnde nō ſentitur ⁊ ⁊ primum diſtātie vnde ſentitur: ſcilicet impartibile vnam partem diſtantie alteri cōnectens: vt ſit datum ſpatium. A. C. diuidatur in ſigno. B. oculuſqꝫ in ea poſitus videat totum ſpatium. A. B. ⁊ nihil amplius: ⁊ ſpatiū B. C. ſit diſtantia vnde nō ſentitur: tunc. B. eſt vltimum diſtantie vnde non ſentitur: nam eſt terminus partis. B. C. vnde nō ſentitur: vltra quem nulla eſt diſtantia verſus. A. vnde nō ſentiatur. B. eſt etiam primum diſtātie vnde ſentitur: quia eſt terminus diſtantie vnde ſentitur: quo nullus eſt prior vnde ſentiatur: ⁊ quod fuerit in ſpatio vlteriori ꝙꝫ. B. nō ſentitur: quod vero in aterior ſentitur: ſi igitur ipſum ſenſibile ſit indiuiſibile: cum ipſum fuerit poſitum in vltimo vnde nō ſentitur: nō pſentiet: ⁊ qꝛ erit in prio vnde ſentitur: ſentietur: ergo idem ſimul ſentietur ⁊ non ſentietur.



## Digreſſio Auerrois.

**Cōmentator** in preſenti tractatu quedaꝫ inducit nō pretermittenda in primis docet tres ſenſus: viſum ſcilicet auditum ⁊ olfatum medio indigere extrinſeco: ⁊ viſuꝫ indigere preſentia corporis lucidi. Et eſt aduertendum ꝙ nominati ſenſus egēt medio extrinſeco neceſſario ⁊ per ſe: at guſtus ⁊ tactus indigent medio extrinſeco neceſſario: p accidēs tñ: mediuꝫ intrinſecū eis neceſſario ⁊ per ſe deſeruit.

**Rurſus** opinio Ari. fuit ꝙ aīa recipet ſenſibilia p media: qꝛ.n. forma rei in re hꝫ eſſe multū reale ⁊ mãle: in ſenſu multū ſpūale: ꝗ duo eſſe ſunt quodāmō ꝯtraria: ideo indiguerūt ſenſibilia medio: vt medio nō eſſent in illo: nec totaliter videlicet realiter: nec totaliter ſpiritualiter: ⁊ qꝛ ꝯprehenſio vniuerſalis eſt abſtracta ⁊ inorganica: ⁊ particularis non abſtracta ⁊ organica: ideo ſenſus indiguerūt medijs ⁊ inſtrumentis: ⁊ non intellectus humanus qui eſt abſtractus a corpore ⁊ virtus īorganica: vnde habent forme tres ordines: quarum vnꝰ eſt corporalis: ⁊ ſecundus eſt in ſenſu cōi ⁊ ē ſpiritualis: tertius eſt in virtute imaginatiua: ⁊ eſt magis ſpiritualis. ¶ Circa que dicta Cōmentatoris proponantur iſte ꝓpoſitiones. Prima ē: inueniūtur ſpecies ab obiecto in oculum per medium multiplicate: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ ſpeculo mihi expoſito cōſpiciūtur que retro ſunt: ⁊ cum a maiori ꝙꝫtitate plures ſpēs diffundant ꝙꝫ a minori: iccirco difficilius eſt inſpicere obiectum ſub minori quantitate ꝙꝫ ſub maiori in eadem diſtantia: vnde viſus nō videt niſi illaꝫ rem cuius ſpecies ſuper lineas rectas vel reflexas peruenit ad oculum cadentes in ipſuꝫ oculi centrū: que linee omnes ducte a ſingulis partibus rei viſe faciūt vnam piramidem: cuius quideꝫ conus eſt in pupilla: ſed baſis eſt in re viſa: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ res que videtur ſm ꝙ eſt magis diſtans vł proximior iudicat maior vel minor: quia linee angulorꝫ piramidis rei viſe ꝙꝫto magis elongantur a re viſa: tanto magis cōiunguntur: ⁊ iō ſi contingat ꝙ ꝯiungantur anteꝙꝫ veniant ad viſum: tunc res omnino nō videbitur: res enim tantum pōt diſtare a viſu ꝙ nō comprehendetur: quia linee angulorum ſue piramidis copulabuntur ⁊ faciēt conū anteꝙꝫ attingent ad oculum: ⁊ dixi. 2. de aīa. 76. viſibile gignit piramidem ſperaliter non piramidaliter: ꝓducens.n. ſperam luminis ꝓducit quālibet eiꝰ ptē: ⁊ cuꝫ in ſpera exiſtant infinite partes quarū quelibet eſt piramis: inuenientur infinite piramides ꝓducte: licet nulla earum ſit ꝓducta piramidaliter.

**Secunda** propoſitio eſt: lux non requiritur ad viſionem cauſandam ex parte colorum ſed ex parte medij tantuꝫ: vnde lux facit colores motiuos in actu ⁊ nō cōſtituit colores actu viſibiles ex potentia viſibilibus: verūtamen qꝛ lux agēdo in medium oritur ſenſatio viſiua ⁊ eſt ac ſi ageret in colorem: ideo pōt concedi lumen requiri ex parte medij ⁊ ex parte coloris.

**Tertia** ꝓpoſitio eſt: viſio nō formatur ī cruciatione neruorum obticorū: niſi quantuꝫ ad iudicium de vnitate aut pluralitate obiecti viſibilis: ſed in humore glatiali ſeu criſtalino: aut in retina exiſtit viſio: ⁊ quēadmodū duo ſunt inſtrumenta audiendi: nō tñ quilibet ſonus iudicatur duo: ita lꝫ ſint duo oculi: vnum tamen obiectū nō creditur eſſe duo obiecta: ⁊ ꝙꝫuis ob neruorum cruciationē vnum obiectum nō iudicetur duo: duo tamen obiecta iudicantur duo ob ſpēs repſentantes diſtinctas: ⁊ dixi. 2. de aīa. 82. nerui obtici ⁊ auditiui vniūtur in origine eoruꝫ: ſed duplici vnione vniuntur viſiui: auditiui tantuꝫ vna: ⁊ hoc fuit a natura inſtitutum: quia auditui nō erat neceſſaria tanta copia ſpirituū: quanta viſui. De obiectis auditus olfatꝰ: guſtus ⁊ tactus: eorūqꝫ virtutibus ſatis dictuꝫ eſt. 2. de aīa preſenti āno: nūc feſtino ad libellos ꝺ memoria ⁊ reminiſcētia: ſomno ⁊ vigilia: quos quidē his paucisſimis lectionibus ꝗ ſupſunt expediendos propoſui.

¶ Tiberij Bacilerij Bononienſis Lectura in libellum de memoria ⁊ reminiſcentia quā hoc ordine diſpoſuit Antonius de Toledo lugdunenſis Artium ⁊ medicine ſcolaris.

## De memoria aūt

Intentio Ariſtotelis preſenti tractatu eſt declarare quid ſit memoria: quid organum eius: quid obiectuꝫ: quis ve actus eius: ⁊ eadem de reminiſcentia inueſtigabunt. Tractatus autem iſte continetur duobus capitulis. Sententia primi ſtat in hac ꝓpoſitione: futura ⁊ preſentia ad memoriaꝫ nō pertinēt: ſed ſola preterita memorie ſubiacēt.

**Series** autem verborūꝫ Ariſtotelis talis eſt: memoria ⁊ reminiſcentia memorari ⁊ reminiſci nō ſunt eadem: nam vt plurimum q tardo ſunt ingenio: valent memoria: nam q̄ꝫuis difficile ipſis quicq̄ꝫ imprimitur: impreſſum tamē diutiꝰ ſeruatur: reminiſcibiliores aūt ſunt q animi celeritate ⁊ docilitate pollent: ſicut. n. citto quicq̄ꝫ percipiūt: ita obliuioni tradūt: ob ingenij tamē acumē celeriter ratiocinādo facile perueniūt in reminiſcētiam eius qđ obliuione deletum fuerat. Amplius futurorū eſt opinio ⁊ ſpes: preſentiuꝫ vero ſenſus: preteritorum aut memoria: qui eniꝫ memoratur dicit id vidiſſe prius aut audiſſe: id didiciſſe aut cōtemplatuꝫ fuiſſe: ⁊ q̄ꝫuis ea quorum memoramur preſentia ſint: nō tamen ſequitur memoriā eſſe preſentium: quia non memoramur eorum quatenus p̄ntia ſunt: ſed quatenꝰ fuerint: ⁊ dantur exempla interdū de memoria ſenſuali interduꝫ de intellectuali: que eam hꝫ cōnexioneꝫ ad memoriaꝫ ſenſualem: vt intellectus ad ſenſum: ſicut enim intellectus ſenſibilia intelligere nō poteſt niſi fauore ſenſuum: ita neq̄ꝫ in memoria rationali firmatur habitus principiorū aut cōcluſionū niſi in memoria ſenſitiua vocuꝫ aut ſcripturarū quibus principia aut propoſitiones prius ſenſui obiecte fuerāt firmatus ſit ⁊ acquiſitus habitus. Ergo memoria neq̄ꝫ ſenſus erit: neq̄ꝫ opinio. Iterum memorant ea ſola animalia que tempus apprehēdunt: ⁊ quorū prius ſenſitiuam cognitionē nō habuerint: memorari nō p̄nt. Contra: ſi memoria ſit ſpecierū ſenſibiliū: memoria nō erit intelligibiliū: quādo quidē intelligibilia non habēt ſenſuale phantaſma: cum ipſa nō moueāt imaginationeꝫ. Solutio eſt: memoria eſt per ſe paſſio ⁊ proprietas ſenſus interioris: ad quē quidem ſenſuꝫ interiorē hec ſenſualia phantaſmata pertinēt: ſicut ſpēs coloris ad oculū: ⁊ caloris ad tactū: eſt aūt memoria ipſius intellectꝰ ꝑ accidēs: qꝛ cōiungit intellectuꝫ cōſimilibus feriri ſil'tudinibꝰ qbus interior ſenſus prius motus eſt: qn̄ ad ſpēs ſenſus interioris vt ſua obiecta ſe ꝯuertit intellectꝰ quēadmodū ꝯtingit ſenſuꝫ interiorē affici ſilibus ſpēbus qbus ſenſus exterior eſt affectꝰ: ſic. n. ſe hꝫ intellectꝰ ad ſenſuꝫ interiorē: vt ſenſus interior ad exteriorē: ⁊ id ſepenumero accidit intellectui: quod geometre lineas aut figuras in mā ſenſibili ꝓtrahenti: cū. n. geometra nō indigeat certa aut determinata quantitate: quia ſupponit ſepe lineā infinitaꝫ: tamē ꝯ ⁊ determinatā deſcribit quātitatem: ſic cū finitā indeterminate q̄ꝫtitatis ⁊ quā mente ad certam quantitatem non determinat vult protrahere: illa tamen aut pedalis eſt aut bipedalis: ita cum intellectus rem a quantitate oio ſeiunctam intelligere conatur: protinus molles ⁊ dimēſio ei obiecta ſe offert: ⁊ hoc euenit propter colligātiam intellectus cum virtutibus ſenſitiuis: non eſt ergo memoria paſſio partis intellectiue: cum multa bruta habere memoriam ꝑcipiantur: que tamen intellectu non ſunt donata.

**Pro** expeditione huius partis eſt primitus aduertendum: in obiecto memorie tria ꝯcurrunt: quorum vnum determinat rem in quam cōuertitur memoria per actum recordationis: ⁊ hoc ē tempus preteritum: aliud autem eſt qđ ducit rem illam ex parte anime ⁊ eſt rei proximuꝫ: ⁊ hoc eſt imago vt imago. i. vt ducens in rem: tertium eſt illud ꝑ quod cognoſcitur illa imago eſſe illius rei: ⁊ hoc eſt intentio elicita rei per compoſitionem ⁊ diuiſionem imaginum: ⁊ hoc eſt proximum memorie: per intentionem enim deuenit memoria in imaginem: ⁊ per imagineꝫ in rem acceptam in preterito: vnde licet paſſio que ē in memoria ſit preſens: tamē non vtitur ea vt paſſione vel ſpecie: ſed vt imagine rei preterite: ⁊ huiꝰ dat Ariſtoteles exemplum ſcilicet in pictura tabule: ⁊ in forma ſpeculi: vtrunq̄ꝫ. n. iſtorum pōt conſiderari in ſe ⁊ ſic eſt ſimile ſpeciei exiſtenti in ſenſu in particularibus: ⁊ in intellectu in vniuerſalibus: ſi autem conſideratur pro vt ducens in id cuius eſt imago vel pictura: tunc eſt ſimile ei qđ exiſtit in memoria: q̄ per ſe quidem eſt ſenſibilium: per accidens autem intelligibilium. Quare ad actum memorandi requiritur actꝰ preteritus ⁊ talis cum obiecto eſt obiectum memorie: ⁊ tempus preterituꝫ ſupra qđ cadit actus memoratiue in qua quideꝫ reſeruatur ſpecies ſenſibilis: intentio vel actus: ⁊ ſunt tria repreſentata: ⁊ totidē repreſentantia: primum repreſentatuꝫ eſt res ipſa que eſt: fuit vel erit: ſecūdū ē actus qui fuit: tertiū eſt tempus preteritū. Repreſentantia ſunt iſta: primo ē ſpecies merito cuius aliquis actus in preterito ē factus inuenitur. Secundo repreſentans actū quo illa res fuit cognita: ⁊ dicitur intentio: eſt ⁊ repreſentās tempus preteritum in quo talis res cognoſcebatur: vnde vltima loquendo reſolutione: memoria eſt repreſentatiuorum: ⁊ ſic eſt preſentium: repreſentatorū: ⁊ ſic eſt ipſius temporis ⁊ ipſius actus preteriti: vt preteritorum ſunt: quia ille actus quem memoramur ⁊ tempus ſunt preterita: aliquando tamen res eſt preſens: vt cum memoramur alias vidiſſe quē nūc videmus: aliquando futura vt cum nos memoramur cogitaſſe antechriſtū: aliquādo preterita: memoria ergo eſt de preterito vt đ ſubiecto ꝓpinquo ⁊ directo: qđ eſt actus ⁊ tempus: ipſa res eſt obiectum indirectum ⁊ remotum: memoria itaq̄ꝫ ſi eſt rei reſeruate: ē preſentis: ſi rei repreſentate ſtat ꝙ illa ſit p̄ſens. Contra: quicquid poteſt virtus inferior pōt ⁊ ſuperior: ſed ſenſus exterior poteſt apprehendere preſens: ergo ⁊ virtus memoratiua poterit comprehendē preſens ſub ratione preſentis. Solutio eſt: Quicqđ poteſt virtus inferior pōt ⁊ ſuperior merito eorum que pertinent ad perfectionem: cognoſcere autem rē preſentem magis pertinet ad imperfectionē vel ad inferiorem gradum perfectionis: ideo q̄ꝫuis hoc poſſit ſenſus: nō oportet ꝙ hoc poſſit virtus memoratiua: vnde memoria nō eſt illius vt obiecti qđ ducit eā ad actum memorandi: quia qđ ducit eam ad actū memorandi eſt ſpecies vel intentio. Iteꝫ aliquis memorat ſui ipſius



ſuipſius: ⁊ tamē eſt ſibiipſi preſens ⁊ nō preteritus: ergo. Solutio eſt: nullus memorat ſuipſius niſi inquantum apprehendit aliquid prius circa ſeipſum: vel id quod prius fuerit operatus. Amplius qđ deducit aliquid de potētia ad actum eſt preſens ei: naꝫ mouens ⁊ motum ſunt vniuerſaliter ſimul. 7. phyſicorum. 10. ſed memorabile reducit memoriā de potentia ad actum: ergo. Solutio eſt: id quod educit aliquid de potētia ad actū eſt preſens ſm ſe vel ſm ſuam ſpeciem: ⁊ non requirit ꝙ ſit preſens ſm ſeipꝫ Uel dicit ꝙ obiectum memorie ⁊ illud circa quod ē actus memorandi debꝫ eſſe preſens memorie: ⁊ ob hoc ꝙ ſit preſens memorie non ſequit ꝙ ſit ſm eſſe reale preſens: vnde de omni eo ꝙ tu alias cognouiſti tu habes memoriā ſi non es oblitus. Si eniꝫ aſinus ſuperiore anno in foueā ceciderit: ſi hodie locū videat: recognoſcet ſe cecidiſſe: verum homo ponit differentiā inter p̄teritū ⁊ futurꝫ tempus: non bruta aīalia quibus purgatior ⁊ abſolutior eſt imagiatio ſunt bene memoratiua: vt apes ⁊ colūbe: quibꝰ turbulenta ⁊ offenſa imemores ⁊ obliuioſe: vt muſce ⁊ vermes: non eſt memoratiua per ſe in parte intellectiua. ¶ Preterea ſolet eſſe difficultas nūquid pueri ⁊ ſenes ſint male memoratiui: in primis arguitur occupatio in multis cōturbat memoriā ergo non occupatio eſt cā bone memorie: hi ſunt pueri: ergo: ⁊ quantum ad hoc verū eſt pueros eē bone memorie. Item fortis attentio cā exiſtit bōe memorie: at pueri propter nouitatē ⁊ admirationē multū attendūt: ergo: ⁊ q̄ꝫtū ad hoc verū eſt pueros eſſe bene memoratiuos. Iterum pueri habēt ſenſus exteriores optime diſpoſitos ergo ⁊ interiores: ergo bene memorantur. Rurſus ſenes pluries meditant cōſimilia ergo ſunt bone memorie. Itē ſunt tardi ad addiſcēdum ergo bene memoratiui. Item ſunt oppoſitū in oppoſito: ita propoſitū in ꝓpoſito: ſed pueri ⁊ ſenes opponunt: ⁊ bene memoratiui ⁊ male memoratiui opponunt: at pueri ſunt male memoratiui: ergo ſenes bene exiſtent memoratiui. ¶ In oppoſitum eſt Ariſtoteles: illi. n. ſunt nimis humidi: illi nimis duri ⁊ ſicci: etate cōſiſtentie homo perfectiſſime ſentit: memorat: diſcurrit: puri ob defectū organi: ob paſſionem corporis ⁊ anime: ꝓpter etatē ſunt mala memoratiui: cōplexio ſenū nimis ſicca infert ſenes eſſe male memoratiuos: ratione tamen apprehenſionis: ⁊ fortis impreſſionis ⁊ attentiōis dicunt pueri bōe memorie: frequens meditatio facit ꝙ ſenes poſſunt bene recordari.

## De reminiſci aūt reliquum.

Sententia huius capitis nōnullis abſoluit ꝓpoſitionibus: prima eſt: reminiſcētia modo argumētatiuo procedit: iō que in logica dicta ſunt de argumētationibus preſumenda ſunt: vnde viuo ſentire vl' intelligere non eſt memoria: neq̄ꝫ reminiſcētia: neq̄ꝫ reſumptio memorie: qꝛ reſumptio memorie preſupponit memoriā fuiſſe: quare memoria ⁊ reminiſcentia tempus referūt preteritū: ad memoriā nāq̄ꝫ preexigit interuallū temporis inter actū cognoſcēdi rē ⁊ actū memorandi illā rē. Secunda propoſitio eſt: ad memoriam ſatiſfacit nouiſſe ⁊ poſtea cognoſcere ſe hoc nouiſſe: at ad reminiſcentiā requiritur obliuio: eſt nāq̄ꝫ reminiſci recordari poſt obliuionē: vnde ad actum memorandi requiritur ꝙ ſpecies reſeruata ſit ita intenſa ꝙ anima mediante ipſa poſſit prompte ⁊ expedite iudicare de memorabili: ſed ad reminiſcentiā requiritur ꝙ talis ſpecies ſit ita remiſſa ꝙ non poſſit prompte anima iudicare de memorabili. Tertia propoſitio eſt: modus memorandi talis exiſtit: quando nobis difficile eſt memorari de aliqua re: debemus aſpicere ad alias res de quibus memoramur: nam per memoriam aliquarū reruꝫ citius memoramur de alijs: ⁊ hoc maxime ſit ꝓpter naturalē ordinē illorū adinuicē. Quarta propoſitio eſt: propter aliquaꝫ apprehenſionē nobis aduenientem ad quā ſequit cognitio illius de quo memoramur: ſtat nos recordari de illo qđ longo temporis preterierit interuallo: ⁊ non de illo quod hodie vel heri tranſiuerit. Quinta propoſitio eſt: reminiſci eſt per actū reminiſcēdi reuerti ad memoriaꝫ obliti: ſed addiſcere non eſt iterum reuerti ad memoriā obliti. Sexta propoſitio eſt: per viam diuiſiuaꝫ pōt quiſpiam deuenire virtute reminiſcitiua ad intentū. Septima propoſitio eſt: ex parte temporis inuenit modus reminiſcendi: memoria enim ⁊ reminiſcentia ſunt apprehēſiones preteritorū. Octaua eſt: reminiſcentia eſt paſſio corporea. Tū quia ſepe non potentes reminiſci adhibētes diligentiaꝫ turbantur ⁊ acquirunt dolorem capitis. Tum quia habentes ſuperiora nimis groſſa in ordine ad membra iferiora nō ſunt bene memoratiui: quia habēt nimiam humiditatē in capite ratione cuius non poteſt bene impreſſio remanere. Tum quia: neq̄ꝫ pueri neq̄ꝫ ſenes ſūt bene memoratiui: quoniā multuꝫ mouentur ⁊ alterāntur in organis. Hec pro oportunitate loci ⁊ temporis dicta ſufficiant.

¶ Tiberij Bacilerij Bononienſis Lectura in Tractatum de ſomno ⁊ vigilia: quam quidem diſpoſuit Joānes Paulus Archita mediolanēſis phyloſophie cultoꝛ candidiſſimus.

## De ſōno autꝫ ⁊.

Preſentis tractatᵒ pꝛia parte tractaturus eſt Ariſto. de ſomno ⁊ vigilia. Moꝛ d̄ iſomnijs Poſtremo d̄ diuinatōe determinabit: vñ eſt diligenter obſeruādū ꝙ opᵒ ſenſitiue tripliciter variari pōt: aut ſcilicꝫ ſ̄ꝫ comparationeꝫ ſenſus ad ſenſibile: ⁊ ita inſtitutᵒ fuit libellus de ſenſu ⁊ ſenſato: aut ſ̄m reditum ex ſpecie ſenſibili ſeruata apud animaꝫ in reꝫ prius acceptam in ſenſu: ⁊ hac ratione habetur liber de memoꝛia ⁊ reminiſcentia: aut ſ̄m ꝙ ſenſus egreditur vel ingreditur animal: ⁊ ad hoc deſeruit preſens libellus de ſomno ſcilicet ⁊ vigilia. In libro itaqꝫ de ſenſu ⁊ ſenſato: de memoꝛia ⁊ reminiſcentia: ſomno ⁊ vigilia tractantur operationes communes anime ſenſitiue ⁊ coꝛpoꝛi: quatenus ſe tenent ex parte coꝛpoꝛis: at in tractatibus de longitudine: de moꝛte: d̄ reſpiratione ille paſſiones declarantur que coꝛpoꝛi ⁊ anime vegetatiue cōmunes inueniuntur: In de motibus animalium inducuntur operationes cōmunes coꝛpoꝛi ⁊ virtuti motiue ſ̄m locum: pꝛout ſcilicet ſe tenent ex parte coꝛpoꝛis: vbi in libꝛis de anima de his omnibus operatiōibus conſideratur: inquantum ſe tenent ex parte anime. In pꝛimis ergo Ariſtoteles pollicetur ſe pertractare quinqꝫ queſtiones de ſomno ⁊ vigilia: Quid ſit ſomnus ⁊ vigilia. Utrum cōmiſſe ſoli anime an ⁊ coꝛpoꝛi pꝛomiſcue. Cui parti coꝛpoꝛis ⁊ cui poteſtati anime ſint credita. Quāobꝛem ſint animalibus tributa. An vtrunqꝫ oībus: an alteris hoc: illud alteris ſeoꝛſum: Poſtea pꝛomittit pertractare quid eſt ſomnum: ⁊ ꝓpter quā cām doꝛmientes quidaꝫ ſomniant: quidaꝫ non. Cur quandoqꝫ recoꝛdanť: quandoqꝫ non: Utruꝫ contingat futura pꝛeuidere vel non: ⁊ qualiter hoc contingat: ⁊ vtrum futura ab homiue pꝛeuideantur ſolum vel quoꝛūdaꝫ demonum habeant cauſaꝫ: ⁊ vtrū cauſa eoꝛuꝫ ſit Deus: natura: caſus: aut temeritas: iſte ſunt queſtiones quas determinaturus eſt Ariſtoteles pꝛeſenti tractatu. ¶ Eſt aduertenduꝫ ꝙ ſomnus retinet omnes ſuperfluitates pꝛeter ſudoꝛem: accidunt tamen quandoqꝫ pollutiones: quandoqꝫ natura eſt multū grauata multitudine ſpermatis: ⁊ non accidunt in vigilia pollutiones: quia natura eſt intēta pluribus. In ſomno etiam imagina tio eſt foꝛtioꝛ q̄ꝫ in vigilia. ¶ Item licet iſte operationes ſint ſingulares ⁊ poſſint aliter ſe habere: tamē iſte libellus eſt ſcientificus: cum componantur pꝛopoſitōes eterne veritatis ex terminis ſignificantibus huiuſmodi operationes. Subiectum autem huius tractatus vel ſit iſte terminus animal pꝛout ſubijcitur terminis impoꝛtantibus pꝛedictas operationes: vel ſit iſte terminus ſenſitiua: quatenus ab anima ſenſitiua ſenſus egreditur vel ingreditur animal: hec circa pꝛohemium.

## Pꝛimū quidē igiť māifeſtū

Concluſio Ariſtotelis eſt: ſomnus ⁊ vigilia eidē pti coꝛpoꝛis ⁊ eidē poteſtati anime creduntur: tum qꝛ opponuntur: hec autem oppoſitoꝛum hec eſt: vt ſubiectum quatenus ſtat ſub vno oppoſito habeat poteſtatem recipiendi aliud oppoſitum: pꝛimo phyſicoꝛum. 43. 44. tum quia opponūtur pꝛiuatiue: pꝛiuatiue autem oppoſita ad idem ſubiectum pertinere dicuntur: nam extrema oppoſita tam que artis ſunt q̄ꝫ que in natura ſpectantur in eodem recipiuntur ⁊ eiuſdem ſubiecti paſſiones oppoſite exiſtunt: appellantur autem vt reoꝛ extrema oppoſita quoꝛum alterum nihil eſt quod poſſit ſubterfugere: ⁊ ſunt cōtradictoꝛia ⁊ pꝛiuatiue oppoſita: ſubeunt enim pꝛiuatiue oppoſita rationem contradictionis reſpectu determinati ſubiecti: ⁊ non ſolum extrema oppoſita imo ⁊ queuis alia ad idem ſubiectum ſpectare poſſunt. ¶ Amplius ſunt ſomnus ⁊ vigilia ſenſus: paſſiones: quia per ſenſum iudicamus animal vigilare ⁊ doꝛmire: ⁊ quo ſentit animal: eo vigilat ⁊ doꝛmit: ergo ſomnus ⁊ vigilia erunt paſſiones ſenſus: ⁊ nō ſoli anime cōmittuntur: ſed cōmunes ſunt anime ⁊ coꝛpoꝛi: ſunt enim vt dixi pꝛimo de anima. 12. omnes ſenſationes opationes cōmunes aie ⁊ coꝛpoꝛi: ergo ⁊ potentie ſenſitiue erunt potentie cōiuncti ⁊ oꝛganice.

## Digreſſio.

Preſenti parte appꝛobate ſunt iſte pꝛopoſitiones: ſomnus eſt pꝛiuatio vigilie: ſomnus eſt paſſio totius coniuncti: Cuiᵒ eſt potentia eius debet eſſe actus: Cōtra: in pꝛimis videtur ꝙ ſomnus non ſit pꝛiuatio vigilie: tum quia ꝓuenit a caloꝛe euapoꝛante nutrimentum ⁊ a cerebꝛo infrigidante vapoꝛes nutrimenti ⁊ reflectente eos ad coꝛ. Tum quia ſomnus eſt conuentus caloꝛis ⁊ reciprocatio eius ad coꝛ. Tum quia a ſomno contingit reuerti in vigiliam. Tuꝫ qꝛ a ſomno pꝛouenīūt effectus poſitiui. ſ. ſalus aialis: foꝛtificatio caloꝛis: refocillatio ſpirituuꝫ. Tum qꝛ in ſomno aīa impat qñqꝫ ſenſibus exterioꝛibᵒ: vt ſit in his qui polluūt i ſomnis: flegma quoqꝫ dulce guſtū doꝛmiētis ſepe ꝓmouet: ergo ſomnus non erit pꝛiuatio illius diſpoſitionis in qua aīa īperat ſenſibus exterioꝛibᵒ. ¶ Ad oppoſitum eſt Ariſtoteles: Solutio eſt: ſi iſte terminus ſomnus impoꝛtet ſenſus exterioꝛes vel ſenſum cōmunem ↄnotando ipſos vel ipꝫ nō potentes ſentire ſed eſſe aptos natos: huic ꝓpoſitiōi eſt cōſentiendū. Somnus eſt pꝛiuatio: at ſi talis terminus ſignificabit ſpiritus ſenſitiuos ↄnotando illos eſſe vnitos circa coꝛ: ſic falſum erit ſomnū eſſe pꝛiuationeꝫ: hoc autem nomen vigilia ſiue deſignet ſenſus: quatenᵒ ſentiūt: ſiue ſpūs expāſos ꝑ totū coꝛpᵒ: ſemꝑ vigilia ē hitᵒ. Neqꝫ rōes concludūt: pꝛia: ſecunda ⁊ quarta. colligunt ſomnū non eſſe pꝛiuationē: pꝛout ſi ſomnᵒ ſignificat ſpiritus ſenſitiuos ꝓut ſunt vniti circa coꝛ quo ſit vt caloꝛ naturalis foꝛtificetur ⁊ ſpiritus refocillentur. Ad tertiam: eſt ſomnus pꝛiuatio pꝛiuās non pꝛiuata: a pꝛiuatōe autꝫ pꝛiuante ad habitum poſſibilis eſt regreſſus: ⁊ nō a pꝛiuatōe pꝛiuata. Ad vltimam: virtus generatiua ſit in membꝛis genitalibus eſt virtus naturalis non aīalis: ⁊ iccirco intenditur in ſomnis: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ homīes plus mouentur libidine in ſomnis q̄ꝫ in vigilia. Item guſtᵒ in ſomno non imutať ſ̄m iudiciuꝫ ſapoꝛis ⁊ ob hoc non eſt ſolutiue: ſed ꝑꝑ motū exiguū qui eſt ad oꝛgana guſtatiua ſit magnus motus in imaginatōe: iccir

co



co ſomniat ſe ille bibere mel cū tñ non bibat.

Ulterius hec pꝛopoſitio: ſomnus ē paſſio cōiuncti: videť eſſe falſa: tū quia cōiunctū nō imobilitať: cū doꝛmiētes ſepe opera vigilie plane exerceant: tū quia aīa operať in ſomno: tū qꝛ cauſať a caloꝛe euapoꝛante nutrimentū: tū qꝛ vis ſenſitiua coꝛrūpiť ab excellenti ſenſibili ergo ſ̄ꝫ ſe patiť ab illo: ergo vis aie ſentit ſ̄m ſe ergo ſomnᵒ ⁊ vigilia cōueniunt ei ſ̄ꝫ ſe: tū qꝛ cāe efficiētes ⁊ foꝛmales oēs ſomni ⁊ vigilie ſunť coꝛpoꝛee: calidū euapoꝛans ⁊ frigidū repellens ſunt cauſe efficiētes: expanſio ſpirituū eſt cā foꝛmalis vigilie: vnio eoꝛūdeꝫ ad coꝛ eſt cauſa foꝛmalis ſomni. ¶ Ad oppoſituꝫ eſt Ariſtoteles. Solutio eſt: ſomnus eſt paſſio totiᵒ cōiuncti: operationes. n. oꝛganice appꝛopꝛiate loquēdo vocanť operationes cōiuncti: ⁊ exiſtent potētie oꝛganice potentie cōiuncti: at intellectio operatio ē pꝛopꝛia aie non coniuncti: ⁊ virtus intellectiua eſt potentia aie ⁊ non coniuncti: neqꝫ rationes concludunt: ad pꝛimā: licet animal non immobilitetur ſ̄m omnes eius ptes: virtutes tñ ſenſitiue exterioꝛes i ſomno ligantur: alie rationes ſoluuntur: quāuis cāe ſomni ⁊ vigilie ſ̄m ſuas eſſentias ſint coꝛpoꝛee: tñ i cauſando ſomnuꝫ ſunt inſtrumenta aīe: ⁊ ꝓpter hoc relationē habent ad aīaꝫ in cauſando ſomnū ⁊ vigiliam: ⁊ ideo etiaꝫ cauſata ex ipſis non ſunt paſſiones coꝛpoꝛis tantū: ſed paſſiones dicuntur coniuncti ex coꝛpoꝛe ⁊ anima. Itē vis aie non pꝛopꝛie patitur: ſed perit cōpoſitio oꝛgani quod eſt ſubiectū illiᵒ virtutis ⁊ vis ſita in oꝛgano ab opere impeditur nō ꝓpter coꝛruptionē ſui ſed ob defectū oꝛgani: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Ariſtoteles dicebat pꝛimo de anima. 65. ſi ſenex accipiat oculos iuuenis: videbit vtiqꝫ ſicut iuuenis: eo ꝙ ex ſenio non coꝛrumpiť virtus anime: licꝫ pupilla coꝛrumpatur.

Poſtremo hec pꝛopoſitio: cuius eſt potētia eius debꝫ eſſe actus: videtur eſſe falſa: tū quia cōtinui potentia eſt vt diuidatur in infinitū: nunq̄ꝫ tamē cōtinuū erit actu diuiſuꝫ in infinitū: tū qꝛ materia hꝫ ſimul potentiā habendi plures foꝛmas ⁊ cōtrarias: quas quidē nūquā actu habebit: tū qꝛ actus potentie actiue eſt i paſſo: tū qꝛ celū pōt quieſcere: nūquā tñ quieſcet. ¶ Ad oppoſitum eſt Ariſtoteles. Solutio eſt: hec ꝓpoſitio: cuius eſt potētia eius debet eſſe actus: vera eſt vniuerſaliter hoc ſenſu: ſi potētia eſt oꝛganica ⁊ actus: ⁊ ſi potentia eſt inoꝛganica ⁊ actus inuenitur inoꝛganicus ⁊ hoc modo ceſſant oēs rationes ⁊ cōtentiones. At cōiter iſte pꝛopoſitiones appꝛobantur: cuius ē potentia actiua vt ſubiecti non opoꝛtet eius eſſe actuꝫ illi potentie coꝛreſpōdentem: quia actio eſt in paſſo: ⁊ potentia actiua in agente. Cōtra eſſe agens eſt effectus foꝛmalis actiōis ergo actio eſt perfectio agētis ergo. Item ſi actio eēt in paſſo: cuꝫ omnis foꝛma denominet ſuū ſubiectū: patiens eēt agens. Iteruꝫ 8. methaphyſice. 5. abſciſio eſt in cultelo ⁊ actio manus in manu: ergo. Quare tenendum eſt ⁊ potētiaꝫ actiuam ⁊ actionē non pꝛo re acta in agente ſubiectari. Secunda pꝛopoſitio cōis eſt: actiones īmanētes ⁊ potentie actiue earum in eodem ſubiecto reperiuntur. Contra: intellectio eſt in intellectu poſſibili ⁊ effectiue eſt ab intellectu agente ergo: dicuntur autem actiones imanentes: non quia ſint in illo a quo cauſantur: ſed quia illis obiecta non realiter tranſmutātur. Tertia pꝛopoſitio cōmunis eſt: potētia paſſiua ⁊ actus eiuſdem ad idem ſubiectum pertinere vidētur: cui pꝛopoſitioni penitus eſt conſentiendum. ¶ Rationes facte ſ̄m noſtrā intentioneꝫ nulliᵒ ſunt momenti: ſ̄m cōmunes doctoꝛes: cōtinuū eſt in potentia ad actū ꝑmixtū potētie: vel actus ſi tollat aptitudinē: cui cōuenit aptitudo ei repugnat actus: vel potentia ad diuidi in infinitū eſt potius quedā non repugnantia. Ad aliā: materia non hꝫ ptātē vt ſimul habeat plures foꝛmas: ⁊ ſi ſit pura potētia reſpectu omniū foꝛmaꝝ. Ad vltimā: celū vt coꝛpus pōt quieſcere: nō aūt vt celū: Potētia ēt celi ad quietē pꝛiuatiua ē: quā ad actū trahi non opoꝛtet.

## Cum āt determinatum ſit.

Preſenti parte iſte ꝓpoſitiones adducūtur: pꝛia ē: planete neqꝫ doꝛmire neqꝫ vigilare poſſunt: cū ſenſum nō habeant: virtus autem ſenſitiua a vegetatiua ratione ⁊ eſſentia ſeiungiť: ēt ſi nō cōſtaret: vtruꝫ ſubiecto ⁊ magnitudine differrent. Plato enim virtutes anime ⁊ ratiōe ⁊ ſubiecto ſeiūctas fecit: at Ariſtoteles eas ratione nō ſubiecto diſtare putauit. Secunda eſt: ſomnus ⁊ vigilia cunctiſ animalibᵒ ſubcelestibus a natura tribuunť: ex quo ſunt paſſiōes ſenſus. Tertia eſt: nihil eſt quod ſemꝑ doꝛmiet vel vigilet: qꝛ cuicūqꝫ ineſt aliquod opus per naturaꝫ: qñ exceſſit tempus in quo poteſt fieri neceſſe eſt ipſum deficere vel ceſſare.

## Digreſſio.

Cōtra ꝓpoſitiōes hic appꝛobatas induco aliquas ratiōes. In pꝛimis videť ſomnᵒ eſſe paſſio vegetabilis: tum qꝛ cuiuſlibet vegetatiue virtutis operatio eſt finita: ⁊ oꝛganica: ergo tempoꝛe determinabiť illa actio: ergo ſi excedat tēpus neceſſe eſt langueſcere ⁊ quieſcere ꝑꝑ recreationeꝫ: ⁊ talis quies eſt ſomnus: tū quia: plante nutriunť: ⁊ cōceſſus fuit tactus pꝛopter nutrimentum. 2. d̄ anima. 28. ergo planctis inerit ſenſus ergo ſomnus ⁊ vigilia: tum quia motu virtutis vegetatiue efficitur ſomnus: qꝛ euapoꝛatione nutrimenti facta a virtute digeſtiua: ergo ſomnus erit cōditio vegetabilis: tū qꝛ ſpiritus vitalis cā eſt mobilitatꝭ ergo ⁊ imobilitatis: ergo pꝛincipiū vite cā erit mobilitatis ⁊ imobilitatis: ergo anima vegetabilis cū ſit pꝛincipiū vite cā erit mobilitatis ⁊ imobilitatꝭ: ergo ſomni ⁊ vigilie. ¶ Ad oppoſitū eſt Ariſtoteles: Solutio ē: ſomnus ⁊ vigilia ſunt paſſiōes ſenſus: nō vegetabilis: nō virtutis motiue ſ̄m locū: non intellectus: iō oīa aīalia cōicant ſomno ⁊ vigilia: nō plante: nō bꝛuta perfecta tm̄: nō tantum hō: neqꝫ ratiōes cōcludūt: ad pꝛimā: virtus motiua ſ̄m locū ⁊ virtus ſenſitiua deſiderant quietē: qꝛ mouent oꝛgana ſua motu pꝛopꝛio anime ⁊ nō nature oꝛganoꝛum: virtus aūt nutritiua mouet ſ̄ꝫ naturā oꝛganoꝝ motu oꝛganis delectabili: quare ipſa nūquam fatigatur ⁊ quieſcit ab opere ſuo: cum ſit tñ finite durationis: euenit moꝛs ceſſata operatiōe eius. ¶ Secunda ratio eſt tante efficatie vt aliqui dicant plantis ineſſe ſenſum: ea ratione qua eſt receptiuus nō iudicatiuus: dixi auteꝫ 2. de anima. 28. omne habēs nutrimentū in potētia nō in pluribus habet ſenſum: ⁊ ſolutio argumenti habetur ex illa particula nō in pluribus: quia plante qualicūqꝫ humido ſunt contente: non autem animalia q̄ꝫtūcūqꝫ imperfecta. ¶ Ad tertiā dico ꝙ ſomnus ſicut a pꝛima cauſa efficiente efficitur a virtute

digeſtiua eleuante vapores ad cerebruꝫ vel propoꝛtionabile cerebro: cauſa autem proxima ſomni eſt a membro in quo eſt virtus animalis. ¶ Ad quartam ſpiritus omnes generantur a corde q̄tuꝫ ad ſubſtā tiam ſue materie: ſed tamen formam ad opera accipiunt ſpiritualia in quibuſdam alijs membris: ſpiritus enim ad operationem nutrimenti formam accipit ab epate: ſed ad operationeꝫ motus ⁊ ſenſus formam accipit a cerebro: ⁊ ad operationem vite formam accipit a corde: vnde ſm ꝙ ſpiritus efficit mobilitatem ſenſuum ⁊ motuū organorum formam accipit a virtute animali que ē in cerebro ⁊ ꝓpter hoc ꝓxima cā mobilitatis ſpiritus animalis procedit a cerebro: ⁊ ideo ille idem per ſui abſentiam eſt cauſa immobilitatis.

**Vlterius** hac parte dicitur: ꝙ ſomnus eſt imobilitas ſenſuum veluti vinculum: ⁊ vigilia ſolutio ſenſuū ⁊ remiſſio. Cōtra: memoria ⁊ intellectus in ſomno ipediuntur ergo ſomnus eſt imobilitas eorū. Solutio eſt: ſomnus ⁊ vigilia ſunt paſſiones ſenſuum per ſe: intellectus vero ⁊ memorie duntaxat per accidens. ¶ Item ſenſus cōmunis non imobilitatur in ſomno: ergo. Solutio ē: ſenſus cōmunis vt cōparationē habet ad ſenſus exteriores imobilitatur: non autem ſm relationem ad ſenſus interiores. ¶ Iterū ſunt multa genera amētiarum: ſicut epilenſia: ⁊ litargia: ⁊ cōuerſio anime ad interiora: veluti fit in meditantibus quandoqꝫ in raptis in quibus omnibus eſt imobilitas ſenſuum velut vinculum: tamen ille amentie non ſunt ſomnus: ⁊ ſolutiones earum non ſunt vigilie. Solutio eſt: Amētia diſtinguitur a ſomno per cauſam: in epilenſia enim vapor multus aſcendens ad cerebrum implet neruos ⁊ ſuffocare facit ipſos: itaqꝫ ſpirit⁹ ſenſibilis ⁊ motiuus non pōt deſcendere per ipſos ad organa: quo facta remanent organa exteriora in ſenſibus imobilia: ſed in ſomnis frigus deſcendens a cerebro ex vaporibus infrigidatis ibidem propellit paulatim calore naturali ab exterioribus ad interiora: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Ariſtoteles dicit: Somnus eſt vinculum quoddam ⁊ non omne vinculuꝫ: in amētijs enim accidit ſimile illi quod accidit ei quod apprehenditur in gutture ⁊ ceruice ꝓpter ſtrictionem naqꝫ venarum ⁊ arteriarū ⁊ neruorum non deſcendunt ſpiritus ſenſibiles: quēadmoduꝫ euenit ei cui fortiſſime ligatur brachiū circa humerum: tunc manus ⁊ anterior pars brachij efficitur quaſi inſenſibilis ⁊ imobilis: ⁊ ſublato illo vinculo redit ſpiritus ⁊ facit quaſi puncturas acus: ſpiritus enim eſt corpus ſubtile ⁊ eſt vehiculum virtutū aīalium ⁊ naturalium per quod quidem virtutes ſenſibiles ⁊ motiue trāſeunt in ſua inſtrumenta. Hec Albertus magnus.

## Quare autem dormiunt.

Preſenti parte tractantur iſte ꝓpoſitiones: prima ē. Somnus ⁊ vigilia ſunt paſſiones omniū ſenſuum exteriorum ſed non per ſe ⁊ primo. Ratio eſt: qꝛ omne animal dormit ergo ſomnus non erit per ſe paſſio illorum ſenſuuꝫ qui non ſunt in quolibet animali: ⁊ dicit Ariſtoteles guſtum non reperiri in aīalibus imperfectis: ⁊ verum eſt perfectum: vel nō eſt diſſeminatus guſtus per quāuis partem animalis: veluti eſt tactus: vt dixi. 2. de anima. 17. Dicit Themiſtius: ſi dormiēti auditus in miſterio ⁊ officio ſit: viſus non: ſimul erunt ⁊ res pugnatiſſime. ¶ Secūda ꝓpoſitio eſt: ſomnus ⁊ vigilia ſunt paſſiōes ſenſus cōmunis: qui reſpectu omniū ſenſuum exteriorum eſt vnus re ⁊ plures ratione: ⁊ cum omnia animalia habeant tactum: erunt paſſiones tactus: quia tactu cōſopito ⁊ alij ſunt cōſopiti: nō ecōuerſo. Dicit Ariſtoteles: non enim viſus quidem videt quoniam videt ⁊ iudicat: ergo ſenſus exterior ſuam nō percipiet operationē. Contra id quod dictum eſt. 2. de anima. 136. Solutio vel nō datur fideꝫ Ariſtoteli in parte argumentatiua: vel viſus non videt: quia ſe videat: ſenſus autem cōmunis ſentit: qꝛ ſe ⁊ alia ſentit. ¶ Tertia eſt: ſomn⁹ eſt neceſſar⁹ aīalibus ꝓpter ſalutem ipſorū: vigilia autem eſt finis ſomni. brutis ſenſus: homini vero ſapientia ⁊ prudentia finis eſt. ¶ Quarta eſt: ſomnus eſt paſſio cordis: epatis ⁊ cerebri: differenter tamen: eſt tamen cor primū ⁊ principale ſenſitiuum: vel aliquod ei proportiōabile. ¶ Quinta eſt: ⁊ euaporatio nutrimenti ⁊ labor ⁊ egritudo ⁊ etas ſolent inducere ſomnū. ¶ Sexta eſt: completio digeſtionis: ⁊ diſcretio ſanguinis puri ⁊ corpulenti faciunt ſomnum excitabilem: ⁊ littera Ariſtotelis eſt planiſſima.

## Digreſſio.

**Contra** ea que ab Ariſtotele tractanꝭ inducūtur nōnulle difficultates. In primis ſomnū ⁊ vigiliam eē paſſiones ſenſuum exteriorum eque primo his ratiōibus declaraꝭ. Tum qꝛ omnia organa ſenſuum exteriorum indigent ſalute ⁊ quiete equaliter: ergo equaliter ⁊ eque primo ſomn⁹ eſt paſſio omniū ſenſuum. Tum quia: illius ſenſus primo ſomnus eſt paſſio qui maxime debilitatur: viſus eſt huiuſmodi: ergo. Solutio eſt ad primā: ſomnus in comparatiōe ad finem qui eſt ſalus organoꝝ eſt paſſio omnium ſenſuum equaliter: vel primo viſus: in relatione ad cauſam efficienteꝫ primo tactui vel ſenſui cōi concediꝭ: ⁊ ita ſoluitur ſecunda ratio. ¶ Preterea: ſomn⁹ ⁊ vigilia non videnꝭ eſſe paſſiones ſenſus cōis: tū qꝛ ſenſus cōis non tribuiꝭ cuilibet animali dormienti: ſunt enim aīalia valde imperfecta que non comparant ſenſibilia propria inter ſe: neqꝫ ſenſibilia cōia apprehendunt: tum qꝛ: ſenſus cōmunis nō imobilitaꝭ in ſomno. Solutio eſt: frigiditas deſcendens a cerebro primo tāgit neruos ſenſibiles in ſui principio quod eſt anterior pars cerebri ⁊ imobilitat ipſos ⁊ opilat non permittens ſpirit⁹ ſenſibiles fluere ad neruos ſenſibiles ⁊ ita ſomnus eſt paſſio ſenſus cōis: in comparatione tamen ad ſenſus interiores non imobilitatur ſenſus cōis. ¶ Rurſus videnꝭ eſſe paſſiones tactus. Tum quia tactus ineſt omnibus animalibus. Tum quia tactu cōſopito: ſunt ⁊ alij ligati: ⁊ non econuerſo. Tuꝫ qꝛ ſomnus ineſt ſm illud organū cui cetera organa ſenſuum innituntur: tale eſt organum tactus. Solutio itaqꝫ eſt: ſomnus eſt paſſio que principaliter ineſt ſꝫ organum tactus quod in aliqua ſui parte eſt fundamentum omniū ſenſuū: ſicut in principio ortus neruorum ſenſibiliū a cerebro: ideo quando vis tactiua deficit in illa parte a tangendo: neceſſe eſt deficē omnes alios ſenſus: inquātum ergo illud organum eſt fundamentum tactus ⁊ ſenſus cōis ſic ſomnus eſt paſſio per ſe ſenſus cōis ⁊ tactus. ¶ Vlterius: vult Ariſtoteles ꝙ illud vltimum nutrimentuꝫ quod cauſat ſomnū eſt vltimū nutrimentū quod eſt ſanguis.

Contra



Contra: oīa nutriunꝭ ex eiſdem ex quibus ſunt: animalia ſunt ex quattuor humoribus ergo vltimū nutrimentum ſunt quattuor humores. Item fames ē appetitus calidi ⁊ ſicci: ⁊ ſitis humidi ⁊ ſicci: ergo his equaliter nutritur animal. Rurſus: caro nutrit ſm ſubſtantiaꝫ ⁊ caro non eſt ſanguis: ergo. Itē caro neruoſa ⁊ non ſanguis eſt organum quodāmodo tactus qui eſt ſenſus nutrimēti. Solutio eſt: ſanguis licet ſit vltimū nutrimētum quod eſt cauſa ſomni nō tamen eſt vltimū nutrimentum membrorū: qꝛ digeritur ſanguis in extremitatibus venaruꝫ ⁊ in quolibet membro vlteriori digeſtione ad hoc ꝙ ſit cōueniens nutrimento illius mēbri. Ad primā rōnem dicēdum eſt ꝙ licet ſanguis ſit calidus ⁊ humidus ſunt tamen in ipſo potentia omnia quattuor elementa: ⁊ ita ſoluitur ſecūda ratio. Ad tertiam dicendū eſt carnem eſſe vltimū nutrimentū membrorū: nutrimentum autem qͦ cauſat ſomnū adhuc eſt inter venas ⁊ eſt ſanguis cū calida euaporatione que a loco digeſtionis eleuatur ⁊ ita ſoluitur alia ratio. ¶ Iteꝝ: ait: labor eſt cauſa ſomni: contra: eſt cā vigilie: cum cauſe calorē in exterioribus: ⁊ ꝑ laborē dirigitur ſpiritus ⁊ calor naturalis ad membra exteriora. Solutio eſt: calor cauſatus ꝑ laborē eſt inaturalis ⁊ diſſoluens ſubſtantiaꝫ organorū ⁊ hoc modo ē cauſa ſomni: ⁊ qū tempus laboris ⁊ operꝭ excedit poſſe organorum: tunc reuocantur ſpiritus ad interiora vt cōfortentur. ¶ Item egritudo videꝭ cā vigilie: cum euocet animam ad exteriora: verū eſt de egritudinibus calidis ⁊ ſiccis. Itē augeꝭ quelibet pars equaliter: ergo nutrimentū ferꝭ ſurſum ⁊ deorſum equaliter. Item in nutrimento dominaꝭ terra ⁊ aqua: ergo: non aſcendiꝭ totū ſurſum in pueris. Itē multitudo nutrimenti non videꝭ eē cauſa ſomni: qꝛ melācolici parū dormiunt ⁊ ſunt multū edaces.

**Poſt hoc autem.** ¶ tractat Ariſtoteles de inſomnijs his propoſitionibus. Prima eſt: ſomnium eſt paſſio ſenſus vel intellectus qꝛ eſt apprehenſio: ⁊ non eſt paſſio ſenſus exterioris: cum ſenſus exteriores oēs ſint in ſomno ligati: ergo ſomniū non erit paſſio exterioris ſm actū exteriorem. Secunda eſt: ſomnium non eſt paſſio opinionis niſi ſm accidens: ſm ꝙ iudicium opinionis imiſcet ſe ſimulachris ſenſibiliuꝫ: vnde in ſomnio nō cognoſcimur hoiem vel equum: ſed hoiem albū vel nigrū. Tertia eſt: Nō omnis cōparatio in ſomno eſt ſomniuꝫ: pōt naqꝫ accidere vt quis videre in ſomnijs Socratē videaꝭ: ⁊ animaduertat ſe videre ipm per ſomnium: ⁊ ego ſepe viſus ſum mihi cōperiſſe librum quē diu optauerim legere: ſed ſomniare me ſciebam: ⁊ vnus amicus me⁹ cū preceptorē ſuū reuocatū ab inferis videret dicebat ſe ſomniare: ꝓpꝛie enim ſomniū eſt cum quis putat vera eſſe que ſomniat. Quarta ē: quāquā in ſomno nihil ſentiāt ſenſus: tū afficiunꝭ intus: in ſomno ergo nihil ſentiri eſt verū: tamen ſenſus nullo modo affici non eſt verum. Quinta eſt: Principium motus ſenſibiliū ē a ſenſu ⁊ finis in imaginatiua: i ſomno econuerſo: ideo vult Auerrois ſomniū eſſe paſſionem imaginatiue virtutis: que eſt in continua trāſactiōe de vna imagine ad aliā: ⁊ ꝓpter rōes Ariſtotelis diciꝭ cōiter ꝙ ſimulachra reſeruanꝭ in organis ſenſuū ⁊ faciūt ſomnia in ſomnis. Sed cōtra: dicit Ariſtoteles in primo Topicorū: ſpecies ſingularis non manet in ſenſu: ⁊ dicit hic Cōmentator ſenſus nihil accipit ſine preſentia materie ergo ſimulachra nō reſeruanꝭ in organis ſenſuū. Itē dicit hic Auerrois ꝙ principiū motus ſomnij eſt ab imaginatōe ⁊ eſt a loco in q̄ ſeruātur ſimulachra ergo ſeruatio imaginum nō eſt in organis ſenſuum. Iteꝫ nō habētes oculos ſomniant de coloribus. Dico ergo ꝙ ſaluantur in organo imaginatiōis ⁊ in ſomnio fluunt ad organum ſenſus cōis: qui cōuertitur ſuper ea ſm ꝙ ſunt a ſenſibilibus ꝓprijs: ⁊ ſic videꝭ audire cū conuertitur ſuper audibile ⁊ ſic d̄ alijs: eo ꝙ in ſomnijs agit fantaſma in ſenſibile: ⁊ per tales ratiōes ꝓbat Ariſtoteles per locū a minori ꝙ ſenſibilia refluentia a loco fantaſtico ad organum ſenſus cōis poſſunt manere in ipſo re nō preſente in ſomno: qꝛ in ſuperficie organoꝝ aliqn̄ diu manent poſt impreſſionem.

eſt omne eſſe calidum aut album: erunt enim paſſio-
nes ſeparate.

**Rurſus** obſeruandū: ⁊ mām ⁊ cōtrarietatem
formaꝝ cāꝫ eſſe corruptōis. 7. metha
phyſice. 22. 53. primo celi. 20. ⁊ cuꝫ celū careat ⁊ mā
in potentia ⁊ ꝯrietate formarū ꝑpetuo durabit tem-
pore: vnde abſtractis formis a mā in potētia ipſa eēt
vna numero priuatiue. 12. methaphyſice. 14. ſed ab-
ſtractis formis a mā in actu eſt ipſa vna numero ſim-
pliciter: quare in celo primitus eſt intelligētia: mox
mā celi: demū quātitas terminata: at in mā ſubluna
ri ponunt̄ dimēſiones interminate: cum ſm aliam ⁊
aliam partem aliaꝫ ⁊ aliam recipiat formaꝫ ſubſtan-
tialem: ⁊ ſi non ponerent̄: oia eſſent eterna: qꝛ mate-
ria tunc nō haberet partes ergo forma reciperetur ī
tota ſubſtantia materie: ſed forma occupans totā ma
teriaꝫ non poteſt deſtrui ꝑ corruptionē: qꝛ non habꝫ
ꝯtrariū in materia ergo mā nunqꝫ ab ea denudabit̄:
in eternis. n. non eſt niſi vnum indiuiduum: quoniā
forma perficit totaꝫ mām primo celi. 92. vt ergo for-
me in mā diuiſibiliter reciperentur: opus fuit vt di-
menſiones interminate formā ſubſtātialeꝫ ꝓcederēt:
vnde potuit materia cū ſit pura potentia reddi diui
ſibilis per aduentū quātitatis: minime forma que ē
actus cui ꝑfici repugnat: ⁊ ita fundamētū Auerrois
ꝓponderat opinioni ſancti Thome tenentis materiā
⁊ formam reddi quātas ꝑ aduentum quātitatis. Cō-
tra: ſi iſta determinatio eſſet vera: celum eſſet indiuiſi
bile: qꝛ intelligentia antecedit dimenſiones in celo.
Solutio eſt. intelligētia ꝓcedit ⁊ materiā celi ⁊ quāti
tatem: ideo remanet mā celi diuiſibilis ꝑ quātitatem
ſequentē: forma aūt ſubſtātialis tollit diuiſioneꝫ: qm̄
mediat inter mām ⁊ quātitatem. Iterum intellectus
humanus foret mortalis: cuꝫ ſequatur dimenſiones
⁊ materiā. Solutio eſt: forma q̄ incipit eſſe ⁊ informa
re eſt poſterior per ſe materia ⁊ dimenſionibus: for-
ma aūt q̄ neqꝫ eſſe: neqꝫ informare incipit eſt ſimpli-
citer prior ⁊ mā ⁊ dimenſionibus: at intellectus hu-
manus qui incipit informare hoc vel illud ꝑfectibile
⁊ nō eſſe: eſt ſimpliciter prior mā ⁊ dimēſionibus: ſꝫ
eſt poſterior ꝑ accidens eiſdem.

¶ Unde putauit Aui. ꝙ diſpō triū dimēſio
num exiſtentium in materia ſimpliciter. ſ. nō
terminatarū eſt diſpoſitio dimenſionum ter
minatarum in ea: quapropter. D. neceſſe eſt
primam formam exiſtere in prima materia
anteqꝫ dimēſiones exiſtant in ea: ex quo acci
dunt ei multa impoſſibilia quorum vnum ē
formam non diuidi per diuiſionem materie
quapropter non recipiet diuiſioneꝫ ⁊ ipſam
eſſe eternam non diuiſibilem per diuiſioneꝫ
ſui ſubiecti ⁊ ipſam non habere contrarium
ſibi ſuccedens in eodeꝫ ſubiecto: ꝙ ſi ita eēt:
tūc materia nullam recipēt formā ꝓter iſtaꝫ
ſibi ꝓpriaꝫ. Cuꝫ igitur fuerint declarata ab
Ari. iſta ꝓpria rebus generabilibus ⁊ corru
ptibilibus ex parte ſubiecti ⁊ ex parte for-
me ex quibus accidit iſtis entibus ſenſibili-
bus generatio ⁊ corruptio. ſ. indiuiduis exi-
ſtētibus ꝑ ſe. Et fuit declaratum de corpori-
bus celeſtibꝰ ipſa eē neqꝫ generabilia neqꝫ
corruptibilia negauit ea habere ſubiectū re-
cipiens numerum ⁊ diuiſionē ꝑ exiſtentiam
ſimplicium dimēſionū in eo primo ante exi-
ſtentiam forme: ⁊ ipſam eē in potentia mul-
tum ⁊ vnum numero: ⁊ negauit formas cor
porum celeſtium diuidi per diuiſionem ſub-
iecti ſui ⁊ eē finitarum actionum ꝑ finitateꝫ
eorum corporum: quonim potentia totius
in formis diuiſibilibus ꝑ diuiſionē ſui ſubie
cti eſt maior potētia partis. Nam ſi forme eo
rum exiſterēt in materia dimēſionibus me-
diantibus: tunc potētie eorū eēnt finite pro-
pter h̃ ꝙ diuiduntur ꝑ diuiſionē ſui ſubiecti:
quando ergo inuenit eorum actiones eē infi
nitas concludit formas eorū non eē in ſubie
cto mediantibus dimēſionibus: ſed eas nō
eē potentia in corporibus ⁊ demonſtrauit ex
diuerſitate potētie totius ⁊ partis in formis
diuiſibilibus ꝑ diuiſionem ſui ſubiecti. Im
poſſibile ē enim potētiam īfinitam eſſe ī cor
pore finito que agat actionem īfinitam: aut
potētiam finitam in corpore infinito: ⁊ cum
fingebatur in iſtis ꝓpoſitionibus ⁊ inuenit
potentias celeſtes agere actionē infinitam:
concluſit mediātibus dimenſiōibꝰ has vir
tutes nō eē in corpore omnino neqꝫ habere
materiam recipientē eas mediantibus di-
menſionibus neqꝫ materiā multā in poten
tia: neqꝫ recipere magnum ⁊ paruum: neqꝫ
habere contrarium: ⁊ totum hoc ſequit̄ ex
hoc ꝙ forme eorum agunt actione infinita ⁊
omne hoc eſt probatum in naturali phyloſo
phia: ⁊ cum fuit ꝑſcrutatus etiaꝫ de natura
iſtorum corporū: in primo ce. ⁊ mū. declara-
uit ipſa eſſe ſimplicia ex hoc ꝙ motus eoruꝫ
ſunt ſimplices: ⁊ ꝙ natura eorū eſt neqꝫ gra
uis neqꝫ leuis. i. natura non innata diſpo-
ni per grauitateꝫ ⁊ leuitatem ⁊ cum fuit de-
claratum ei ꝙ corpora grauia ⁊ leuia ſunt cō
traria qꝛ motus eoruꝫ ſunt cōtrarij. Ampliꝰ
⁊ ꝙ motus corporuꝫ celeſtium nō habent cō
traria: cōcluſit hec corpora eſſe ingenerabi
lia ⁊ incorruptibilia ⁊ ipſa nō habere ſubie-
ctum recipiens dimēſiones prima receptōe
ita ꝙ forme ſue diuidantur ꝑ diuiſionem ſui
ſubiecti: ⁊ hoc intendit cum. D. in primo ce.
⁊ mundi ꝙ forme horuꝫ corporuꝫ carent cō
trario ⁊ ſubiecto: quemadmoduꝫ concluſit

hoc idem ex hoc ꝙ motꝰ eorum a principijs que ſunt in eis ſunt infiniti. Et qꝛ manifeſtū eſt ſenſui ꝙ corpora celeſtia recipiunt dimenſiones terminatas ſʒ ſuas formas: neqʒ poſſunt recipere formas mediantibus dimenſionibus interminatis: ſicut eſt diſpoſitio de formis generabilibus ⁊ corruptibilibus neceſſe eſt ea recipere dimenſiones tali modo: ex quo nō contingit formas eſſe generabiles ⁊ corruptibiles qđ eſt: qꝛ materia eorum recipit dimenſiones prima receptōe mediātibus illis formis ſuis: ⁊ non recipit formas mediātibus dimenſionibus exiſtentibus in eis in potentia. ſ. non terminatis: ſicut eſt diſpoſitio in dimenſionibus que ſunt in prima mā cū forma iſtiꝰ māe: ſʒ dimēſiones q̄ ſunt in mā celeſti ſunt propriū propriorū eius.

¶ Sententia huiuſpartis ſtat in hoc. Quia dimēſio que ſequitur formaʒ ē terminata: ⁊ cum Auicēna voluerit oēm dimenſionē concomitari formā corporeitatis de predicamēto ſubſtātie: materie coeternam: apud ipſum oīs dimenſio erat tarminata: ideo Auerrois probat nō dari formā corporeitatis: ⁊ cōcludit mām ⁊ cōtrarietatē in formis repertā cauſaʒ generationis ⁊ interitus: que ꝗdem cauſe cum a celo remoueantur: ꝑmanet celum eternū: ꝯſeruanturqʒ eiꝰ forme ſimpliciter indiuiſibiles.

**Circa** hanc partem eſt primitus aduertenduʒ: Auicēna ⁊ Albertus magnus fatent̄ vnā formā ſubſtantialē genericā coeternā materie ꝑ quā quidē ſortes habet ꝙ ſit corpus: quare opinati ſunt corpus de genere quantitatis fundari in corpore de predicamento ſubſtantie: quod erat ꝯpoſituʒ ex materia ⁊ forma corporis: imo multi recētiores credūt Auerroim ⁊ Auicēnaʒ nō differre niſi quātuʒ ad moduʒ ponendi predictam formā: eo ꝙ Auicēna fecerit illam formā mediū receptiuū. Auerrois diſpoſitiuū qua de cauſa ad Auicēnā non ad Auerroim inconuenientia ſequebantur. ¶ Contra inquit Auerrois: talis forma eſſet indiuiſibilis ⁊ eterna: non reciperetqʒ materia aliaʒ formā preter iſtam ſibi propriam. Iteʒ ſi talis forma ſubſtātialis erit educta: erit noua: ſi nō erit intellectus: ⁊ cum valeat hec ſequella: ſortes eſt homo ergo corpus: ⁊ quicqđ ſit cauſa antecedentis ſit ⁊ cauſa cōſequentis: eadem forma ſortes erit homo ⁊ corpus: ergo diſtinctio đ forma generica ⁊ ſpecifica chimerica eſt ⁊ vana non ſatiſfaciens peripateticis: ſed hanc difficultatem pertractaui anno ſuperiori primo phyſicorum. 63.

**Rurſus** conſiderandum eſt: potentia totiꝰ maior eſt potentia partis in formis diuiſibilibus: ⁊. 8. phyſicorū. 80. dicit Auerrois: potētiā infinitam in corpore infinito creſcere per augmentū corporis in infinitū: ⁊ ſi quis īferat: ergo maior q̄ʒtitas faciet ad augmentuʒ ⁊ reſiſtentiā: contra. 4. phyſicorum. 84. Solutio ē: in augmento per ſolam rarefactionem virtutē non maiorari manifeſtiſſimuʒ eſt: neqʒ potentiā: quia continue eadem permanet materia ⁊ eadem forma: in augmento nō per rarefactionē ſolum: quia additur materia: quantitas: forma: ⁊ per cōſequens virtus ⁊ potentia: vera eſt ꝓpoſitio Auerrois hic ⁊. 8. phyſicorū. 80. Uel hec ꝓpoſitio: maior ē potētia totiꝰ q̄ʒ partis vera ē de poſitiua nō priuatiua: potentia. n. celi ad nō corrumpi priuatiua eſt propter deffectum cauſarū corruptionis: materie videlicet ⁊ ꝯtrarietatis repte in formis.

**Amplius** notandum eſt: forma mouēs celū eſt nō materialis: non corruptibilis: nō diuiſibilis ſm magnum ⁊ paruum: ⁊ hoc quia mouet eterno tempore: nam eſt quidem potentia nō virtus in corpore: quia ñ educta: ſi. n. forma celi cauſaretur a ſubiecto: intelligentijs daret̄ aliquid origine prius ⁊ cauſalitate: moueretur. n. celum in inſtanti facta forma celi infiniti vigoris: omnis. n. virtꝰ educta mouens infinito tempore eſt īfiniti vigoris: ⁊ cū hec declarari non poſſint niſi via motus dicit hec eē declarata in naturali phyloſophia: contra Auicēnam qui credidit officiū eſſe methaphyſici đmōſtrare ſubſtantias abſtractas eſſe. Sʒ de his dixi āno ſuperiori primo phyſicoruʒ. 83. vult ergo Auerrois ꝙ repugnet virtuti materiali extenſe mouere eterno tēpore. Cōtra: poſito per poſſibile ſpatio infinito inter cōcauuʒ ⁊ centrum ⁊ lapide in concauo derelicto ſue nature: conſtat ꝙ ſpatium infinitū non pōt pertranſiri tēpore finito: a virtute finiti vigoris. Solutio ē: vel illud graue penitus corrūperetur ⁊ nō poſſet conſeruari ꝑ totum illum deſcenſuʒ. Uel dato ꝙ conſeruaret̄: grauitas illa efficeretur infiniti vigoris: ſi. n. virtus eēt extenſa ⁊ moueret eterno tempore eſſet infiniti vigoris: infra. 3. capitulo.

**Iterum** aduertendum eſt: motus localis pōt dici ſimplex: ꝯpoſitꝰ: vniformis: diſformis: regularis ⁊ irregularis: ſi pricipio actiuo intrinſeco: nullū principiū intrinſecuʒ reſiſtat trahens ad oppoſitum ē motus ſimplex: ⁊ cū orbis moueatur eo motu quo eſt aptus natus moueri ille motus eſt ſimplex: inſuper motus celi non ē vniformis quo ad partes ſubiecti: quia partes verſus circūferentiā velocius mouentur q̄ʒ partes polis ꝓpinque: ē tamen vniformis quo ad tempus: quia in partibus temporis equalibus ſpatiū pertranſitur equale: ⁊ hec eſt cā ꝙ. 2. celi. 35. incepit Ariſtoteles a celo remouere diſformitatē motus quo ad tēpꝰ: que naſcitur ex diuerſa agentis ꝓportione ſupra reſiſtentiā: eſt ⁊ motꝰ celi regularis: vnde nō poteſt eſſe irregularitas motꝰ celi in partibus celi: cum ſtelle fixe ſemper eque diſtātes inueniantur: nec in toto celo: cū in ipſo nō ſit aliquid preter naturam: nec vniuerſalē: nec particularem: ſʒ in animalibus ſubcelestibus accidit ſenectus ⁊ corruptio preter naturaʒ particularē: ⁊ ponitur cauſa interitus omnium mixtorū vniuerſalis que eſt deſideriuʒ elementorum redeundi ad propria loca: dato. n. mixto vniformi ⁊ animali in quo ita bonum humidum reſtauraretur pro vita ⁊ pro operationibus ſicut deperdebatur: adhuc contingeret ſenectꝰ ⁊ mors. Cauſa igitur diuerſitatis proportionis agentis ſupra reſiſtentiam eſt aut intenſio virtutis: aut remiſſio: aut reſiſtentie crementuʒ vel decrementū: aut adventus impedimenti: aut illius remotio: horuʒ nulluʒ in celo reperiri poteſt: tum ex pte intelligētie: tum ex parte orbis ſubiecti intelligentie.

**Preterea** obſeruanduʒ eſt: celū non eſt graue aut leue: quia materia celi nō eſt potentia forma ſubſtantialis: forma item celi oppoſitum non habet: neqʒ celuʒ ſibi determinat motū rectum



rectum: qui eſt motus grauiuʒ ⁊ leuiuʒ. Eſt ⁊ motus celi perpetuus ⁊ ꝯrietate carens: cuʒ nō tardari aut velocitari poſſit: verūtñ cuʒ omnis motus ſit a ꝯrio in cōtrariū: in motu celi eſt aliquo modo ꝯtrarietas: pro vt ſcilicet celum mouetur ab vno extremo dyametri circuli ad aliud extremū eiuſdeʒ dyametri: primo celi. 87. habet etiā motus celi contrariū ſi imaginemur duos motus ſuper eoſdem polos circa idem centruʒ ad diuerſas partes: ⁊ motus a dextro in ſiniſtruʒ ⁊ ecōtra continui ex reuolutione axis non ſunt iudicio meo ſup eiſdeʒ polis: primo celi. 32.

¶ Et cum fuerit declaratum ei de corporibus celeſtibus eoruʒ formas exiſtere in ſuis ſubiectis tali exiſtentia ꝙ. ſ. non diuiduntur per diuiſionem ſui ſubiecti: ⁊ ꝙ cauſa in hoc eſt ꝙ non exiſtūt in ſubiectis ſm ꝙ ſunt diuiſibiles fuit declaratum ei ꝙ iſte forme nō cōſtituūtur per ſubiectū: īmo ſunt abſtracte in eſſe qm̄ exiſtūt in toto ſubiecto ⁊ non diuidūtur per eius diuiſionē contingit ꝙ non conſtituuntur per ſubiectum. Non enim exiſtūt in eo neqʒ in toto neqʒ in parte: ⁊ vniuerſaliter neqʒ in diuiſibili neqʒ in indiuiſibili: ⁊ cū ita ſit neceſſe eſt ꝙ forma que mouet̄ illa ad quā mouet̄. In formis. n. conſtitutis per ſua ſubiecta differunt. ſ. quia forma que mouentur nō eſt illa ad quā mouent̄: ⁊ ideo oīs forma huius. ſ. que mouet̄ ad ſeipſam ꝑficiēdā per aliam formā neceſſe eſt vt ſuuʒ mouere ſit finituʒ cum nō mouet niſi qudādo mouetur: ⁊ hoc etiam eſt vnum eorum que mouerunt Ariſto. ad opinandū ꝙ forme corporuʒ celeſtium nō ſunt conſtitute per ſua ſubiecta quoniam tunc motus eorum eſſent finiti: ⁊ nō eſt dicendum ꝙ forme quibus mouētur corpora celeſtia ſint alie ab eis ad quas mouentur ⁊ ꝙ iſte que dicuntur eſſe nō ī materia omnino ⁊ que carent ſitu ſunt forme ad quas mouent̄: cum tñ ille in quibus mouentur ſint forme in materijs ⁊ ſunt diuiſibiles per diuiſionē eorum: quoniā ſi ita eſſet tunc ille forme exiſterent in ſuis ſubiectis: ⁊ mouerentur per motum ſubiectoruʒ ⁊ ſic diuiderentur ad diuiſionē ſubiectoꝝ: motum. n. ſi moueret̄ eſſentialiter erit diuiſibile eſſentialiter: ⁊ ſi per accidens ꝑ accidens ergo nihil eſt in corporibus celeſtibus quo forma q̄ eſt motus differat ab ea ad quā eſt motꝰ immo ſunt eedeʒ forme ⁊ ideo differunt niſi in diſpoſitione: ⁊ ſi ita eſſet: tunc ſuuʒ mouere eſſet finitum: quod enim mouet quādo mouetur impoſſibile eſt vt ſit principium motꝰ eterni vt dicit Ariſtote. ꝙ intellectus ⁊ intellectum idem ſunt in corporibus celeſtibꝰ ⁊ hoc totuʒ dictum eſt in alijs.

¶ Sentētia ſtat in hoc: ex hoc quia intelligētie ſunt priores per ſe ⁊ per accidens materia ⁊ quātitate celi: infertur palaʒ ipſas eſſe penitus indiuiſibiles: nō conſtitutas in eſſe per ſubiectuʒ: eas eſſe abſtractas: īmobiles: eaſqʒ habere rationem forme: finis ⁊ efficientis: at forme introducte fauore dimenſionū ⁊ diuiſibiles exiſtunt: ⁊ conſtitute in eſſe per ſubiectum ⁊ non abſtracte ⁊ mobiles per accidens ꝓpter: i qbꝰ rō finis ⁊ forme diuerſant̄ re ipſa.

**Eſt** primitus aduertendum: intelligentie dicūtur abſtracte ineſſe: quia non educūtur de potētia materie: ⁊ nō quia non dent eſſe: ſunt forme celoruʒ: forma autē dat eſſe: ſunt realiter ⁊ inſeꝑabiliter vnite ipſis: viuunt corpora celeſtia: ⁊ viuere ē viuentibus eſſe. 2. de anima. 37. viuuʒ aūt non habet eſſe vt viuū niſi quo viuit: ⁊ dicuntur non exiſtere in materia: qm̄ nō cauſantur a ſubiecto.

**Rurſus** Sciendū: nullus intellectus ē mobilis per ſe neqʒ per accidēs: qꝛ omne mobile eſt diuiſibile aut per ſe aut per accidens: ⁊ ē hec propoſitio vera de his que in fine motus equantur loco: vt ſunt totum mobile: eius materia: ⁊ eiꝰ forma: ſi cauſata ſit a materia: ⁊ accidentia extenſa tota ſubiecti profunditate: ⁊ ita excludūtur pūcta ⁊ intellectus: ⁊ ſolitus ſum dicere vnum attentione digniſſimum: ſunt corpora naturalia per ſe mobilia localiter: forme cauſate mobiles per accidens in rei veritate: intelligentie dependentes mobiles per accidens rudiuſcule: quatenus videlicet orbes planetarum a prima mediate reuoluuntur: prima intelligentia penitus exiſtit īmobilis.

**Iterum** obſeruandum: forme materiales habent aliud eſſe in anima: aliud extra. 12. methaphyſice. 55. ſanitas ſi non eſſet in ſubiecto moueret effectiue ⁊ finaliter: hoc tñ ñ facit: in eſſe. n. intentionali eſt agens: in eſſe reali eſt finis: ī quo eē deſideratur propter conuenientes operatiōes quas in eſſe reali efficit quas quidem in eſſe intētionali facere non poteſt: forme abſtracte habentes idem eſſe in anima ⁊ extra animam ſunt principiū in eſſe intentionali talium operationū quaꝝ ſunt in eſſe reali origo: ⁊ ita ad cauſandum primū motum concurrit tantum Deus effectiue ⁊ finaliter: ad motum ſecūdi mobilis concurrit prima ⁊ ſecunda: qꝛ prima eſt in ſecunda in eſſe intentiōali. Unde triplex ē finis: quē agēs ſcilicet intendit producere: quē intendit conſeruare cui ſe intendit aſſimilare: hac diſtinctione ſoluit̄ hoc argumētū: finis motus eterni aut ē forma quā appetit motor que preſupponitur motui: ⁊ ita debet tādē ceſſare motus: aut eſt alius finis qui per motum acquirendus ſit: qui ſi inducetur: finietur motus: ſi ñ: motus erit ocioſus: intelligentia eſt finis primariꝰ hec inferiora ſecundariꝰ. Dubitat̄. 12. methaphyſice. 37. 44. ſola prima intelligentia ē electa propter ſe: intelligentie medie propter ipſam: ergo intelligentie medie ñ agunt primaria intentione propter ſe: ⁊ ſi oēs intelligentie agant primaria intentione propter ſe: nulla inuenietur differentia inter primā ⁊ medias: ⁊ hec ratio tante eſt apud multos efficatie: vt credant intelligentias poſſe effectiue mouere ſuos orbes: dato ꝙ nō intelligant nec diligant primā: imo qđ plus eſt: poſſent mouere intelligentie medie ſua mobilia: dato ꝙ primā odio proſequerētur: ⁊ habent hoc ſun

damētum: anime mixtorū mouent ſua mobilia abſqꝫ hoc ꝙ intelligant ⁊ ament primam intelligentiā: ſed omnes anime vniformiter ſed habēt ad ſua mobilia quantum ad mouere aliquo certo motu: ergo. Solutio eſt: actio dei primo eſt ꝓpter ſe: ſecūdo eſt ꝓpter alia: actio aliarum intelligentiarum in ordine ad inferiora eſt propter ſe primo: ſecundo propter aliud: que tamen actio ſubordinatur actioni diuine. Diſtinctio quoqꝫ de triplici fine ſoluit argumentum. Et intelligentie plus amant primaꝫ ꝗ̄ ſeipſas: ⁊ in prima nō in ſeipſis beatificantur: ⁊ tanta fuit intelligentiarum catenatio ⁊ cōnexio ⁊ naturalis cōplantatio vt ipſe nō mouerent niſi amarent ⁊ intelligerent primā per eſſentiam prime.

¶ Et non fuit dictum celum habere animā niſi ꝓpter appetitum exiſtentē in eo ⁊ motū localem: appetitus autem qui eſt in hoc corpore non eſt niſi qꝛ eſt corpus celeſte viuuꝫ ꝑ ſe: appetens per ſe: non propter potentiā exiſtentē in eo diuiſibilem per eius diuiſioneꝫ: eſſet eniꝫ generabile ⁊ corruptibile ⁊ dicitur eſſe motum per principium ſeparatuꝫ quod eſt in eo non per principium quod eſt pars in eo ⁊ hoc modo dicitur viuum ⁊ intelligēs ⁊ ſi eſt intelligens per partem in eo non eēt intelligens ꝑ ſe: ⁊ eſſet ſimile homini in hoc ꝙ homo eſt viuens ⁊ appetens ⁊ mouēs in loco: ⁊ vniuerſaliter quia declaratū eſt actionem iſtius corporis eſſe eternam declarabitur formam eius non exiſtere per ſuum ſubiectum ⁊ ſuum ſubiectum eē ſimplex nō cōpoſitum ex materia ⁊ forma: quoniam ſi ita eſſet. eēt generabile ⁊ corruptibile: ⁊ qḋ dicunt incipientes philoſophari ꝙ anime iſtorum corporum celeſtium ſunt forme in materijs. ſcilicet que in materia acquirunt eternitatem ex formis immaterialibus nihil eſt: conuenit enim ꝙ illud quod non habet naturam eſſendi eternum acquirat eternitateꝫ ab alio: ⁊ totum hoc eſt impoſſibile. Natura eniꝫ generabilis ⁊ corruptibilis non recipit eternitatem ab alio: ⁊ hoc eſt manifeſtum ei qui conſiderat fundamenta Ariſtote. Declaratum eſt enim ex hoc ſermone que eſt ſubſtantia celi: ⁊ hoc quod fuit hoc dictuꝫ: quēadmodum enim inuenitur probatū ab Ariſtote. in ſuis libris: ⁊ quemadmoduꝫ ſequitur ex ſuis dictis: ſed apparet ex verbis Ariſto. ꝙ iam declarauit omnia iſta in libris qui non peruenerunt ad nos: vocetur ergo iſte tractatus ſermo de ſubſtantia orbis. Dignius enim eſt hoc nomine. Intituletur igitur hoc titulo.

¶ Sn̄ia huius partis cōſiſtit in hoc: ſꝫ celū ſit viuū: appetens ⁊ intelligens ⁊ aiatū: aia exiſtente in ipſo: non tn̄ talis aia ē ꝯſtituta in eſſe ꝑ celū: cū. n. motus celi ſit eternus: nō exiſtet forma ꝑ ſuū ſubiectū ⁊ ſuuꝫ ſubiectū erit ſimplex nō ꝯſtitutū ex mā ⁊ forma: ⁊ vltra intelligentiā in celo nulla alia forma ſubſtātialis inuenitur: nō poſſet. n. celū eſſe eternū: ſi in ipſo exiſteret aliqua forma cauſata a celo.

**Obſeruandū** primo: celum ē viuuꝫ per ſe: qꝛ forma dans illi eſſe eſt anima ⁊ vita eius: ⁊ habetur hec ꝓpoſitio. 2. celi 61. 2. phyſicoꝝ. 45. 12. methaphyſice. 41. dicit: motor finite motionis ē aia exiſtens in eo. 8. methaphyſice vltimo: intelligentie attribuunt celo ſm ꝙ aia attribuitur corpori: ⁊ cū Auerrois ſcribit hic: celuꝫ eſt appetens per ſe: nō per potentiam exiſtentē in eo diuiſibilem per eius diuiſioneꝫ: declarat id qḋ dixerat 8. methaphyſice. 12. nō eſt celū aiatū per animaꝫ aut viuum per vitam.

**Sciendum** ſecūdo: duplex ē pars: quātitatiua ſcilicet ⁊ eſſentialis: ꝑ ptē quātitatiuam celum non intelligit: hō aūt qꝛ itelligit ⁊ fantaſiatur ſimul de neceſſitate reqrit partem quātitatiuam: vt Cor: tāqꝫ fontē ſenſus. Cerebrū tanqꝫ cellulaꝫ: in qua manifeſtat virtus cordis: in determinata itaqꝫ parte hoīs apparent diſpoſitiones deſeruientes intellectioni: nō ſic in celo. Per partē eſſentialem celum intelligit. Pars quātitatiua ⁊ ps eſſentialis cāta a materia habent imꝑfectionē ſecū adiūctā: ⁊ hoc modo intelligentia nō eſt pars celi: ſꝫ ē intelligētia pars celi formalis nō ꝯſtituta ineſſe ꝑ ſubiectuꝫ: primo phyſicoꝝ. 63.

**Aduertendum** poſtremo: Auicēnaꝫ poſuiſſe celuꝫ hēe fantaſiā cognoſcitiuam motus particularis: quo mouet celū: hinc celum erat corruptibile ex ſe: ſed ab intelligentia perpetuabatur. Caſtigat Auicēna. 2. celi. 37. contra queꝫ ponitur hec ꝓpoſitio: generabile nō recipit eternitatem ab alio: que etiaꝫ habetur. 12. methaphyſice. 41. primo celi vltimo. 2. celi. 71. Contra. 2. capitulo de ſubſtantia orbis: celū quātū eſt ex ſe eſt corruptibile tn̄ ab intelligentia perpetuat: ergo. Diſtictio de cā corruptibilitatis poſitiua ⁊ priuatiua ſoluit argumentum: pōt intelligentia ꝑpetuare corruptibile corruptibilitate priuatiua: nō poſitiua. Auicēna fecit celum corruptibile poſitiue: cum mā eius eſſet materia eiuſdem rōnis cuꝫ mā hoꝝ inferioꝝ. Cōmētator ſenſit mām celi ⁊ inferiorū eſſe alterius rationis. Declaratum eſt ergo preſenti capitulo formam celi non eſſe diuiſibilem ad diuiſioneꝫ celi: ꝗuis celū ꝯſtituatur in eſſe per ipſam intelligentiam.

¶ Caput Secundum Auerrois de ſubſtātia orbis.

Erſcrutandum eſt de natura corporis celeſtis: ⁊ quid intelligunt cum dicunt ipſum eſſe ſimplex ⁊ nō ꝯpoſitum ⁊ ipſum eſſe neqꝫ graue neqꝫ leue. Dicamus igit quō illud corpus nō componit ex materia ⁊ forma ſicut generabilia ⁊ corruptibilia componuntur



ponunt: nulla. n. potētia eſt in eo oīno: oē. n. in quo ē potētia n̄ ē potētia niſi ad duo ꝯtradictoria. ſ. potētia que ē i ſuba: ⁊ manifeſtū eſt etiam ꝙ forma qua mouet nō ē generis formaꝝ quattuor elementoꝝ: qm̄ ſi eſſet aliquid eēt graue aut leue ⁊ moueret per ſe ⁊ ēt ꝑ accidens vt declaratū ē in octauo phyſicorum: remanet igit vt in natura eius ſit generis nature aīe. Sed qm̄ nos īſpexerimus aīalia que ſunt hic iueniemus ī eis duo principia duorū motuum: quorū alteꝝ eſt principium motus recti. ſ. motus ad inferius aut ſuperius: ⁊ ſm̄ principiuꝫ eſt motus localis ꝓgreſſiui ⁊ inuenimus motū iſtū eē contrarium motu: declinatōis eſſentialis q̄ ē in eo ⁊ iō accidit ei feſſitudo ⁊ cogit ad quietem. Unde neceſſe ē vt principiū motus celeſtis corpis ſit generis aīe tm̄: ⁊ ꝙ motꝰ queꝫ hꝫ circulariter ſit motus ꝓprie aīe ſm̄ ꝙ ē aīa: ⁊ cū ita ſit ſeqt ꝙ illa nā ſit q̄ facit ipm̄ eē corpus: neqꝫ leue neqꝫ graue ⁊ moueri circulariter: ⁊ aīe que ē hic cōtingit nō mouere circulariter niſi qꝛ cōſtituit ꝑ corpꝰ qḋ mouet motu recto: ⁊ ſic cōponit declinatio h̄: ſꝫ qꝛ aīa que eſt in corpe celeſti nō eſt īnata moueri circulariter ab eo qḋ eſt īnatū circulariter moueri: ⁊ nō eſt aīa in eo vt in corpore graui ⁊ leui: ſed ipuꝫ mouetur ex ſe ⁊ ab anima ergo animam habet tantum ⁊ non habꝫ aliud principium: ⁊ quia mouetur circulariter ſcimus ꝙ proprium illius anime ſm̄ ꝙ anima ē mouere circulariter: natura igitur iſtius corporis non eſt niſi natura anime mouētis in loco.

¶ Pn̄ti capite ḋ celo tractat: eiuſqꝫ accn̄tibꝰ in relatiōe ad hec iferiora: itroducit ꝗ primo hāc ꝓpōeꝫ: celū n̄ ꝯſtituit ex mā ⁊ forma: veluti corpa mortalia: n̄ mouetur qꝫ a forma q̄ ſit nō aīa: cū nō ſit graue: neqꝫ leue: nā. n. ⁊ eēntia corpis celeſtis nō eſt niſi nā aīe mouentis in loco.

**Eſt** primitꝰ ꝯſiderandū: celū appellatur ſimplex: Diuinū ⁊ ſpūale: qꝛ ē abſtractū a mā ſm̄ diffinitionē ⁊ hꝫ eē: forma ēt celi ſbalis ē ſpūalis: ⁊ cognoſcit celū eē ſimplex: qꝛ recipit mouere i ifinitū: oē āt cōſtitutū ex mā i potētia ⁊ forma educta ē finite receptiōis: n̄ ꝯcedit ꝗ Auer. celū ꝯſtitui ex mā ⁊ forma q̄tenꝰ ꝑ ꝯpoſitōeꝫ ex mā ⁊ forma itelligit ꝯpoſitio ex mā i potētia. 2. celi. 71. cū q̄ ſtat celū ex itelligētia cōſtitui ⁊ orbe: ex qbꝰ nullū corpꝰ ſubceleſte cōponi cōſpicit: ⁊ cū Cōmētator dicat hic: nulla potētia ē i eo oīo: ⁊ nihil verꝰ ſit potētia ꝗ̄ illḋ qḋ ē pura potētia quēadmodum nihil verius eſt actus ꝗ̄ actus purus abſurdum erit fateri mām celi eſſe purā potentiam: ⁊ quinto capitulo de ſubſtātia orbis dicturꝰ ē Auer. mā celi habꝫ eſſe medium iter mām que eſt omnino in potentia: ⁊ inter actum puruꝫ: quare ſicut oēs intellectꝰ preter primū poſſibiles vocari poſſunt: infimus tn̄ dūtaxat eſt pure poſſibilis: cuꝫ oīum intellectionuꝫ ſit capax: ita vnaqueqꝫ materia potētia exiſtit: ſola tn̄ materia que oīum ſubceleſtiū formaꝝ receptiua eſt pura potētia nūcupari dꝫ. 12. methaphyſice. 41. dicit Auerrois: potētia. n. mltipliciter dicit: eſt. n. potētia in ſubſtātia: ⁊ alteratione: ⁊ vbi: ⁊ iaꝫ declaratū eſt ꝙ de iſtis virtutibꝰ nulla exiſtit in corpore celeſti niſi potētia in loco. Senſus ē: ſola potētia in loco reperit in celo: nō potētia ad formas: nec potētia ad vītā in ꝑdicando: ergo lumē non educet de potētia materie celeſtis: ergo erit forma ſpūalis: cū merito illiꝰ mā nō dicat trāſmutari: forma āt acquſita alicui ſubiecto ſine variatōe facta in illo termiat alteratōeꝫ ſpūalem: vel nullaꝫ. 7. phyſicoꝝ. 20.

**Secundo** aduertēduꝫ eſt: oīs forma ſubſtātialis qua aliqd ē graue aut leue eſt diuiſibilis: ad diuiſionē ſubiecti: ⁊ mobilis ꝑ accidens ⁊ fatigabilis: ⁊ oēs forme que dū mouent: mouentur fatigabiles exiſtūt: ⁊ ſunt oēs forme educte: nō fatigabit itaqꝫ intelligētia: cū nō cōſtituat ineſſe ꝑ ſubiectū: ⁊ erit motus celi nālis: aīalis: ⁊ voluntarius ſm̄ ꝙ i intelligētia nūcupat natura: aīa ⁊ voluntas: ⁊ hoc ē ꝙ dicit Auerrois: manifeſtū eſt ꝙ forma qua mouet nō ē generis formaꝝ elemētoꝝ qm̄ ſi eēt aliqd. i. ſi eēt generis formaꝝ elemētoꝝ: vel mixtoꝝ eēt graue aut leue: ⁊ moueret ꝑ ſe a generāte. ſ. ⁊ ēt per accidens: tū qꝛ ille forme mouerētur ꝑ accidēs: tuꝫ quia: elemēta mouentur a ſeipſis per accidens.

**Tertio** ſciendum eſt: principium motus celeſtis eſt aīa tantū: at motus aīalis ſubceleſtis principia inueniuntur duorum motuū oppoſitorum. Dicit ergo Auerrois: Sed quando nos inſpexerimus animalia que ſunt hic: in comparatiōe ſcilicet ad motum: inueniemus in eis duo principia duoꝝ motuū: quoꝝ alterum eſt principiū motꝰ recti ſm̄. ſ. elementuꝫ ꝑdominans: ⁊ ſm̄ principiū eſt motus localis progreſſiui: ⁊ inuenimus motum iſtum progreſſiuū eſſe contrariū motui declinatōis eſſentialis qui eſt in eo. i. motus ꝓgreſſiuus cōtrarius eſt motui ad quē inclinat elementuꝫ ꝑdominans: naſcitur nāqꝫ contrarietas inter declinationem aīe ⁊ corporis: ⁊ ideo accidit aīali ſubceleſti feſſitudo ⁊ cogit ad qeteꝫ: principiū aūt motꝰ celeſtis corporis ē aīa tantuꝫ: ⁊ eſt motus circularis proprius anime ſm̄ ꝙ anima: cum igitur celuꝫ nō determinet ſibi aliuꝫ motum ſeiunctū a motu ſibi ab intelligentia conceſſo: non erit graue ⁊ leue: ⁊ anime que eſt hic contingit non mouere circulariter: niſi quia conſtituitur ꝑ corpus quod mouetur motu recto. Cōtra: ergo intellectus humanus erit cōſtitutus ineſſe per corpus: cū non moueat circulariter. Solutio eſt: vel motus hominis progreſſiuus ab anima eſt cogitatiua: vel dico ꝙ ad hoc vt aliqua forma conſtituatur ineſſe per corpus ſufficit ꝙ incipiat informare hoc ⁊ illud perfectibile: ſiue incipiat eſſe: ſiue non. Tandem Auerrois intendit iſtam rationem: omnis motus mixtus eſt duorum principiorum inuicem oppugnantium: motus celi non eſt duorum principioꝝ inuicem aduerſantiuꝫ ergo motus celi non eſt mixtus: ⁊ cuꝫ ſit motus anime ⁊ non ſit mixtus: ergo erit purus animalis: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Commentator dicit. 2. celi 71. quoniam cauſa laboris in animalibus eſt vt addat potentia moti ſuper potentiaꝫ motoris: quoniā

potentia moti neceſſario eſt oppoſita potentie motoꝛis: hoc igitur intendit per laboꝛē: ⁊ etiam ſi potētia moti in celo adderet ſup potentiā motoꝛis: tunc motus eius eſſet violent⁹. Senſus eſt: potētia moti dicit̄ addere ſupꝛa potentiā motoꝛis: qñ motum inclinatur ad motuȝ oppoſitū illi quē dat mouens: ⁊ ſi potentia moti celeſtis addat ſupꝛa potentiaȝ motoꝛis: ille motus eſſet violentus: qꝛ ille motus eſſet tātum ſm naturā mouētis: ⁊ cōtra inclinationē mobilis: motus ꝓgreſſiuus aialis eſt ⁊ ab aīa ⁊ coꝛpoꝛe: ideſt nō eſt ab aīa tantum.

❡ Sed qꝛ nā coꝛpis eſt alia a natura aīe: qꝛ eſt cōpoſitū: ⁊ neceſſe eſt mouēs ⁊ motū eſſe diuerſa neceſſe ē ꝯſiderare de nā illi⁹ coꝛpoꝛis: ⁊ qꝛ declaratū ē h̄ coꝛpus eē ingenerabile ⁊ īcoꝛruptibile appet ꝙ ē neceſſe vt ſit coꝛpus ſimplex nō cōpoſituȝ ex mā ⁊ foꝛma: qꝛ eſt indiuiduū demōſtratū: ⁊ ens demōſtratū in actu ⁊ habēs vnaȝ figuram in actu ⁊ oīa iſta ſunt in coꝛpe ꝑ nām: ⁊ ſunt ī materia ꝑꝑ foꝛmā: neceſſe ē vt h̄ coꝛp⁹ celeſte ſit materia aialiuȝ celeſtiū que mouent̄ circulariter ex ſe: ⁊ vt ſit ꝑfectius modis ceteris materie: nō eniȝ ē in eo de potētijs niſi tm̄ potētia in loco ⁊ ex motu locali nobili⁹ oīum. ſ. circularis quēadmodū h̄ȝ nobiliſſimaȝ ⁊ ꝑfectiſſimaȝ figurā. ſ. ſpericā. Et qꝛ declaratū ē d̄ foꝛmis celeſtib⁹ ipſas nō hr̄e ꝯſtōnem ꝑ coꝛpa celeſtia: naȝ ſi haberēt: tūc mouerent̄ ex ſe ꝑ accidēs ⁊ īdigerēt ex ſe motu ꝓpꝛio ⁊ eſſentialiter: declaratū ē eniȝ. ſ. ī octauo phyſicoꝝ ꝙ mota ex ſe q̄ ſunt h̄ vna eſſentia in ſpē reducunt̄ neceſſario ad mouēs ex ſe eſſentialr̄ ⁊ motū: ⁊ ꝙ ſit ꝯpoſitū ex vno mouēte ⁊ vno moto pꝛio ⁊ ꝙ illud mouēs nō ſit potētia in coꝛpe oīo: ⁊ ideo videt̄ ꝙ foꝛme coꝛpoꝝ celeſtiuȝ ⁊ maxīe foꝛma coꝛpis vltimi cōtinētis ſit quodāmō aīa. ſ. ꝑꝑ appetituȝ exiſtentē in eis: ⁊ mouere ē quodāmō intellect⁹ ⁊ ē foꝛma ſimplex ꝑ quā aīal celeſte ꝯponit̄ ex vno mouēte ⁊ vno moto. Ecōtrario de aīalib⁹ q̄ ſunt h̄. appet eniȝ ꝙ mouēs ꝯponit̄ ex duobus mouētib⁹. ſ. ex aīa ⁊ re deſiderata extrīſecus mouēte aīam: ⁊ ideo motū inuenit̄ in eis cōpoſitū nō ſimplex: coꝛp⁹ aūt celeſte ē. q. mā iſtius foꝛme abſtracte ⁊ eſt mā exiſtēs in actu: ⁊ ideo nō aſſimilat̄ materie niſi in h̄ tm̄: qꝛ eſt mā fixa ad recipiēduȝ foꝛmā: ⁊ iō digni⁹ dicit̄ ſubiectū q̄ȝ mā. Materia. n. q̄ ē h̄ dr̄ mā: qꝛ ē in potētia foꝛma in ea fixa ⁊ dicitur ſubiectū: qꝛ eſt fixa foꝛme ⁊ ſit cōpoſitum ex materia ⁊ foꝛma.

❡ Pꝛeſenti parte inducit̄ hec ꝓpoſ̄: aīal celeſte ex vno tm̄ motoꝛe cōponit̄ ⁊ vno moto: aīal vero ſubceleſte ex pluꝛib⁹ mouentib⁹ ⁊ motis: ⁊ rō eſt: materia aīaliū celeſtiū ē exn̄s ī actu: foꝛma celi ſimplr̄ abſtracta: iō ex illis aīal ſimplr̄ cōſtituit̄: mā aīaliū ſubceleſtiū eſt ī potētia ad ſuſcipiēdas nouas foꝛmas: ⁊ aīe ſubceleſtes nullū ꝑfectibile ꝑficiūt ſempiterno tēpe: iccirco aīalia ſublunaria ex pluꝛib⁹ motoꝛib⁹ ⁊ motis compoſita repiuntur.

Sciendum pꝛio: Auerrois aſſerit hic coꝛpus celeſte ſubiectū itelligentie eē idiuiduū demōſtratū: ⁊ ens demōſtratū ī actu ⁊ hn̄s vnā figurā in actu. Ex quo aliq̄ inferūt ꝙ tale coꝛp⁹ ē foꝛma: ⁊ ꝙ ipſi intelligētia nō ē ꝑ ſe vnibilis: Dicēdū eſt tñ oꝛbē nō de ſe ſed ab itelligētia hec oīa hēre: iccirco nō colligit̄ oꝛbē eē foꝛmā: Et ſiq̄s ābiget Quo nā pacto fiat vnū ꝑ eſſentiā ex itelligētia ⁊ oꝛbe: cū vtrūq3 ens ſit in actu: nō poſſit q3 vnuȝ ꝯſtitui ex pluꝛib⁹ in actu. R̄ñdēdū ē: ꝙ mā celi lȝ ſit in actu reſpectu foꝛme quā nō h̄ȝ: cū nō ſit apta ſuſcipe foꝛmas quas nō h̄ȝ: reſpectu tñ intelligētie illi vnite ⁊ materia ⁊ ſubiectū cōmode appellari pōt: oꝛbis ergo ſubiect⁹ itelligētie ē ſubſtātia ſimplex: nō cōpoſita ex mā ⁊ foꝛma: nō eſt tñ mā ꝓpꝛie dicta: cū nō ſit in potētia ad foꝛmā: ſed mā in actu nūcupari dȝ: neq3 appellari pōt foꝛma: hoc fundamento: oīs foꝛma nālis pꝛicipiū ē alicui⁹ motus nālis ⁊ ſuaꝝ diſpoſitionū nāliū: coꝛp⁹ aūt celeſte ex ſe nō ē pꝛicipiū alicuius motus nālis nō q̄dē recti: cū nō ſit graue: nec leue: nec circular], cū iſte ſit ꝓpꝛi⁹ aīe: cū itaq3 celū habeat motū circularē: ⁊ figurā ꝑfectiſſimā: aliaſq3 cōditiones q̄ nulli cōueniūt niſi ex foꝛma: erit oꝛbis celeſtis materia aīaliū celeſtiū.

Secundo aduertēdū ē: itelligētie celeſtes nō habēt cōſtitutionē per coꝛpa celeſtia: nā ſi hērent: tūc mouerent̄ ex ſe ꝑ accidens: ⁊ indigerēt ex ſe moto ꝓpꝛio ⁊ eſſentialr̄. i. ſi intelligentie eſſent mobiles ꝑ accidēs: eſſent ⁊ mobiles ꝑ ſe. Cōtra: foꝛma cauſata a ſubiecto mobilis ē ꝑ accidens: ⁊ nullatenus ꝑ ſe. Solutio ē: ſequella hec Cōmentatoꝛis ita deducat̄: oē mobile a ſe ꝑ accidēs ꝑ̄ſupponit aliq̄d motū ex ſe ꝑ ſe: veluti ⁊ motū violentum ſemꝑ antecedit mot⁹ nālis. 3. celi. 18. itelligētia ē mobilis ꝑ accidens ergo ipſa ꝑ̄ſupponit mobile ꝑ ſe pꝛius ea: ſed ea nihil eſt pꝛius: ergo ipſa ē mobilis ꝑ ſe: foꝛme aūt cauſate ꝑ̄ſupponūt aliquod mobile ꝑ ſe pꝛimū: vt celū: vñ ſunt coꝛpa nālia per ſe mobilia localr̄: foꝛme cauſate mobiles ꝑ accidēs in rei veritate: itelligētie depēdētes mobiles ꝑ accidens rudiuſcule: quaten⁹ videlȝ oꝛbis planetaꝝ a pꝛima mediate reuoluūtur: pꝛima intelligentia penitus exiſtit imobilis.

Tertio notādū ē: declaratū ē in. 8. phyſi. 45. ꝙ mota ex ſe que ſunt hac vna eēntia ī ſpē. i. que cōponunt̄ ex mouēte ⁊ moto reducunt̄ neceſſario ad mouēs ex ſe eēntialr̄ ⁊ motū: ꝙ ſit cōpoſitum ex vno mouēte ⁊ vno moto pꝛio: ⁊ ꝙ illud mouens nō ſit potētia in coꝛpe oīno. Sēſus eſt: aīal q̄d⁹uis partit̄ ī ꝑtē ꝑ ſe mouētē: que ē aīa: ⁊ ꝑtē ꝑ ſe motā in actu: que eſt coꝛp⁹ ſubiectū aīe: veꝝ id q̄d ſubſtitur aīe celeſti eſt ꝑ ſe pꝛimo motū: at coꝛp⁹ aīa īfoꝛmatum ſubceleſti duntaxat motum per partem exiſtit: caloꝛ enim nālis aut ſpiritus aut coꝛ aut muſculus eſt pꝛima pars quantitatiua coꝛpoꝛis anime ſubiecta mouens ſe ⁊ alias ꝑtes coꝛpoꝛis per animam talem



talē partē infoꝛmāteȝ: ⁊ ita muſculus erit pꝛimū mouens coꝛpoꝛeū ⁊ pꝛimū motū: reſiduū coꝛpoꝛis erit motum per accidens: at cōgregatū ex muſculo ⁊ reſiduo coꝛpis vocabit̄ motū ꝑ partem: pꝛimū ergo mouens coꝛpoꝛeū eſt celū: ſed pꝛimū mouēs ſimplr̄ eſt intelligētia ſepata ſm eſſe a coꝛpe celeſti.

Quarto attēdendū eſt: foꝛme coꝛpoꝝ celeſtium ⁊ maxime foꝛma vltimi cōtinentis que eſt mouens ex ſe effectiue ⁊ finalr̄ appꝛopꝛiate loquēdo: ſunt quodāmō aīe: ꝑꝑ appetitū exiſtē in eis: ⁊ mouere ē quodāmodo intellect⁹: ⁊ ē foꝛma ſimplex ꝑ quā aīal celeſte componit̄ ex vno mouente ⁊ vno moto: ecōtrario de aīalib⁹ que ſunt hic: que ex duobus mouētibus ⁊ totidē motis cōponunt̄: dicit intelligētias eſſe quodāmodo aīas: qꝛ vt ſunt abſtracte ſunt nō aīe. 2. de aīa. 21. 22. ⁊ mouere eſt quodāmodo intellectus: qꝛ intelligētia nō mouet: vt ē ītellectus ⁊ vt eſt abſtracta: ſȝ vt ē appꝛopꝛiata mobili ⁊ aīa illius: hec aūt ꝓpō: celū cōponit̄ ex vno mouēte ⁊ vno moto ita intelligēda eſt: celū dicit̄ conſtitui ex vno motoꝛe ⁊ vno moto: qꝛ deſideriū ſeu amoꝛ quo ſecūda intelligētia amat pꝛimā eſt pꝛima. ❡ Cōtra: ergo cū deſideriū quo hō deſiderat reȝ amatam ſit re ipſa res amata non componetur homo ex duob⁹ motoꝛibus ⁊ duobus motibus. Solutio eſt: amatū a ſecunda itelligētia h̄ȝ idē eſſe in aīa ⁊ extra: amatū autem ab hoīe h̄ȝ aliud eſſe in aīa: aliud extra aīam: vocabitur itaq3 aīal moueri a re extrīſecus deſiderata qñ deſideratū hēbit aliud eſſe in aīa: aliud extra aīaȝ nō mouebit̄ aūt aīal a re deſiderata: qñ deſideratum hēbit idē eſſe in aīa ⁊ extra aīam.

Poſtremo animaduertēdū eſt: mā in actu ſubiecta itelligētie eſt fixa foꝛme: materia ſublunarium eſt in potentia foꝛma fixa in ea: dicitur autem materia fixa foꝛme que cauſat̄ a foꝛma foꝛmaliter: foꝛma fixa materie eſt que cōſtituitur ineſſe per materiā: vñ oēs materie ſuſtentantur per foꝛmas: nō oēs tñ foꝛme ſuſtentant̄ per mās: qꝛ foꝛma celi nō ſuſtentat̄ per celū: pꝛimo phyſicoꝝ. 63. hoc idem hētur. 8. methaphyſice. 12. Cōtra: ī pꝛincipio de beatitudine aīe dicit Auer. ſpericoꝝ foꝛma ē fixa ⁊ ſtabilis in ſuis materijs: ergo intelligētia erit educta. Solutio ē: vel ibi li ⁊ tenet̄ expoſitiue: itelligētia ē fixa. i. ſtabilis: vel dico ꝙ aliud eſt eē cauſatū in materia: aliud eſt eſſe cauſatū a materia: intelligētie medie ſunt cauſate in materia: qꝛ pendent a pꝛia in genere cauſe finalis: nō tamen ſunt cauſate a ſuis oꝛbibus.

❡ Et vr̄ ꝙ coꝛpus celeſte non eſt neceſſariū in ſuo eſſe foꝛma: ſicut eſt diſpō de coꝛpibus aīalium que ſunt hic. In animalibus auteȝ que ſunt hic videtur ꝙ aīe coꝝ ſunt neceſſarie in eſſe eoꝝ coꝛpoꝝ ⁊ ꝙ nō ſaluarent̄ animalia niſi ꝑ ſenſibilem aīam ⁊ imaginatiuā coꝛpus aūt celeſte quod ē ſimplex: ⁊ nō trāſmutabile ab aliquo extrīnſeco non indiget ī ſuo eſſe anima ſenſibili neq3 imaginatiua: ſed tm̄ indiget aīa mouente ipſum in loco ſemper ⁊ virtute que nō ſit coꝛpus neq3 in coꝛpoꝛe ad largiendū ipſi permanētiā eternam ⁊ motū eternū: ⁊ q̄d nō h̄ȝ pꝛicipiū neq3 finē. Et debes ſcire ꝙ iſtud coꝛpus celeſte nō indiget virtute mouēte in loco ſemꝑ tm̄ ſed largiente virtute in ſe ⁊ in ſua ſubſtantia ꝑmanentiā eternā: qm̄ ⁊ ſi ſimplex ſit nō h̄ȝ potētiā in ſe ad coꝛruptōeȝ: tñ ē finite actōis neceſſario: qꝛ eſt finitaꝝ dimēſionū ⁊ terminataruȝ ſupꝑficie cōtinēte ipſuȝ: ⁊ oē tale cuȝ intellectus poſuerit ipſuȝ exiſtēs ꝑ ſe abſq3 eo ꝙ aliō largiat̄ ipſi ꝑmanētiā ⁊ eternitatē: neceſſe ē vt ita ſit d̄ finitate ſue ꝑmanētie ſic̄ ē d̄ finitate ſue actōis: ⁊ iō neceſſe ē in ītellectu eē potētiā largiētē ipſi ꝑmanētiā eternā: quēadmodū largit̄ ipſi motū ꝓpꝛiū eternū: ⁊ ñ hoc tm̄: ſed neceſſe ē h̄ eē virtutē q̄ largit̄ ei motuȝ ꝓpꝛiū ſiue actionē que ē eternitas inter ceteros motus. ſ. motū localem in circuitu: ⁊ figuraȝ ꝓpꝛiaȝ iſti motui. ſ. ſpericaȝ ⁊ mēſurā ꝓpꝛiā vnicuiq3 illoꝝ coꝛpoꝝ ⁊ cōuenientiā inter ea adinuicē in oꝛdine ⁊ quātitate ita ꝙ ex oībus ꝑficit̄: vnus act⁹. ſ. totus mūdus: nulla eniȝ differētia ē inter indigentiā virtutis actiue in coꝛpe ⁊ in oī coꝛpe ſimplici aut in vno coꝛpoꝛe cōpoſito ex coꝛpoꝛib⁹ ſimplicib⁹ huius: ⁊ indifferēter ſiue illud coꝛp⁹ fuerit generatū ſiue nō generatum. Vñ videm⁹ celuȝ hr̄e vnā virtutē non tm̄ mouentē oīa ſed agentē ⁊ cōſeruantem: ſicut ē diſpō in coꝛpe hoīs ⁊ ī coꝛpoꝛe facto ꝓpter finē ꝓpꝛiū: finis eniȝ ſignificat agēs finificatōe neceſſaria: ſicut motuȝ ſignificat mouēs. Sed in genere agentiū quoddaȝ ē pꝛius tpe acto: ⁊ eſt oē q̄d ſit in ſpera iſtius mundi eſt ⁊ quoddam eſt pꝛius naturaliter vt in tempoꝛe ⁊ oꝛbe quem ſequit̄ tp̄s: ⁊ cui accidit ⁊ agēs oꝛbeȝ. ſ. faciēs ipſuȝ in diſpoſitionib⁹ neceſſarijs in inueniēdo finem ꝑꝑ quē fuit. Et cū ignoꝛauerūt h̄ quidā de opinione Ariſto. dixerūt ipſuȝ nō dicere cauſaȝ agētē totū: ſȝ cām mouentē: ⁊ illō fuit valde abſurdū ⁊ nō ē dubiū in hoc ꝙ agens ipſuȝ eſt mouēs ipſuȝ: q̄d eniȝ mouet ipſuȝ motu ꝓpꝛio illi ē illud q̄d largit̄ illi pꝛ̄ō diſpōnes ꝑ q̄s acq̄rit motū ꝓpꝛiū: ⁊ illa virt⁹ ē illa quā laudat Ariſto. ī multis locis ſui libꝛi de ce. ⁊ mū. ⁊ iudicat ipāȝ eē nobilioꝛē celo ⁊ altioꝛē.

❡ Sententia huius partis ſtat in hoc. Coꝛpoꝛa animalium celeſtium non indigent ſenſu: quo quidem egent animalia ſubceleſtia: ⁊ cauſa ē: qꝛ materia celi ⁊ hoꝝ inferioꝝ ſunt alterius ratiōis: ideo ex celo nō educunt̄ foꝛme: ⁊ propter hoc. 2. celi. 38. repꝛehenditur Auicena ponens in celo aīam ſenſitiuam: ⁊ lȝ

intelligẽtia nõ ſit cauſata a celo: eſt tamẽ cauſa oiuꝫ naturaliũ diſpoſitionũ que in celo reperiunt: velnti alie forme ſua pfectibilia pficiẽtes: ab illis cauſate.

**Eſt** primitus notãdum: nõ dicit Auerrois abſolute corpus celeſte nõ eſſe neceſſariũ in ſuo eſſe forma: ſed aſſerit ipuꝫ nõ eſſe neceſſariũ in ſuo eẽ forma: ſicut eſt diſpoſitio de corporibus aialium que ſunt hic: in aialibus.n. que ſunt hic: videt ꝙ anime coꝝ ſunt neceſſarie in eſſe coꝝ corpoꝝ: ⁊ ꝙ nõ ſaluarentur aialia niſi ꝑ ſenſibilem aiaꝫ quãtũ ad bruta: ⁊ imaginatiuã quo ad hoies: eſt nãqꝫ celum aial ꝑ intellectum tantũ. Brutũ duntaxat ꝑ ſenſum: hõ vero ⁊ per ſenſuꝫ ⁊ ꝑ intellectũ: corpus aũt celeſte qḋ eſt ſimplex ⁊ nõ tranſmutabile ab aliquo extrinſeco ſibi cõtrario: nõ indiget in ſuo eẽ aiã ſenſibili: neqꝫ imaginatiua: ſed tñ indiget aia mouente ipſum in loco ſemꝑ: ⁊ virtute que non ſit corpus: neqꝫ in corpore ad largiẽdum ipſi permanentiã eternã: ⁊ motũ eternum: que nõ hꝫ principiuꝫ: neqꝫ finem: ⁊ cã huius radicalis eſt: qꝛ mã celi nõ eſt trãſmutabilis ab vna forma in aliaꝫ. ideo ſola intelligẽtia celo ſatiſfacit: at corpus humanũ mutabile eſt: iccirco vltra aiam intellectiuam in hoie cogitatiua inuenitur educta de gremio materie.

**Rurſus** attendenduꝫ ẽ: neceſſe eſt intellectũ largiri celo ꝑmanẽtiam: motuꝫ: figuram menſurã ꝓpriam: ordinẽ ⁊ quantitatẽ: ⁊ finitas dimenſionũ celeſtiuꝫ eſt a finitate vigoris intelligẽtie: dicit ergo Auerrois: ⁊ debes ſcire ꝙ iſtud corpꝰ celeſte nõ indiget virtute mouente in loco tantũ: ſꝫ largiente virtutẽ in ſe ⁊ in ſua ſubſtantia ꝑmanentiã eternam. Contra: infra.4.capitulo: ⁊.12. methaphyſice.41. eſt celum ꝑmanens per ſe ⁊ ꝑ ſuaꝫ ſubſtãtiã. Solutio ẽ: ꝑmanẽs per ſe ſepe vocat illud quod nõ eſt corruptibile poſitiue. qua ſignificatõe celũ ẽ ꝑmanens ꝑ ſe: qꝛ nõ hꝫ materiã in potentia partem ſui: ⁊ hoc modo non indiget orbis celeſtis anima dante ſibi permanentiã: prohibendo eius corruptionẽ: interdum dicit permanens per ſe quod de natura ſua habet exiſtentiã permanentẽ: qua ſignificatõe orbis celeſtis non permanet per ſe: ġnimo indiget anima dante ſibi eſſe: ⁊ ꝓſequitur Cõmentator dicẽs: qm̃ ⁊ ſi ſimplex ſit nõ habens potentiam in ſe ad corruptionẽ: tamẽ eſt finite actionis.i. finiti motus neceſſario: qꝛ eſt finitaruꝫ dimenſionũ ⁊ terminatarum ſupficie cõtinente ipſuꝫ: ⁊ omne tale finitum ſcilicet in quãtitate: cuꝫ intellectus poſuerit ipſum exiſtens per ſe: abſqꝫ eo ꝙ aliud largiatur ipſi ꝑmanentiaꝫ ⁊ eternitateꝫ: neceſſe eſt vt ita ſit de finitate ſue ꝑmanẽtie.i. ſui eſſe: ſicut eſt de finitate ſue actionis: ⁊ ideo neceſſe in intellectu eſſe potentiã largientẽ ipſi ꝑmanentiam eternam: ⁊ nulla eſt differentia in indigentia virtutis actiue in corpore: ſiue ſimplici: ſiue compoſito: ſiue generato: ſiue non: ergo inferendnm eſt intelligentiam dare eſſe celo: ⁊ primo celi.95. iſta natura neutra eſt per ſe non exiſtens in actu: ergo cum non ſit in actu niſi per intelligentiam: habebit eẽ formaliter ab intelligẽtia. Celum quoqꝫ cum viuat intellectu: ⁊ omne viuũ ſm ꝙ viuũ habeat eſſe ꝑ illud quo viuit: cum homo ⁊ celum viuat intellectu: habebit homo ⁊ celum eſſe ab intellectu.

**Amplius** ſciendum eſt. Intelligentia non eſt agens celum proprie: ſed tantum ſimilitudinarie per modũ forme.4.celi primo: agens ꝓprie ẽ qḋ trãſmutat potẽtiam ad actũ: ⁊ qḋ ẽ principiũ vñ motꝰ: ⁊ ita ẽ cã diſtincta ꝯ tria alia genera cauſaꝝ: agẽs ſimilitudinariuꝫ eſt cauſa ꝓpter quam aliquid eſt tale vel tale: ⁊ hoc modo forma ⁊ finis dicitur agens reſpectu cuius eſt forma ⁊ finis: eſt nãqꝫ intelligentia agens orbem: ſicut anima corpus: anima autem non agit proprie ſuum corpus: ſed tantum dicitur agere ipſum in diſpoſitionibꝰ neceſſarijs: ⁊ illas ſibi largiri: ſic ⁊ itelligẽtia hꝫ pcõ orbẽ i diſpõnibus neceſſarijs in inueniendo finem ꝓpter quẽ fuit: ſm enim exigentiam proprij finis qui eſt motus largitur ſibi proprias diſpoſitiões: ⁊ hoc eſt illud agens qḋ dicit finẽ ſignificare ſignificatione neceſſaria: propter itaqꝫ hanc auctoritatem nõ eſt exiſtimandũ celũ ab intelligẽtijs pendere in genere cauſe efficientis: neqꝫ intelligentias medias a pria: ⁊ hoc eſt quod dicit hic Auerrois: ⁊ cuꝫ ignorauerit hec quidem eſſe de mente Ariſtotelis dixerunt ipm non dicere cauſam agentem totum: ſed cauſam mouentem: ⁊ illud fuit valde abſurdum: ⁊ non eſt dubium in hoc: ꝙ agens ipſum eſt mouens ipſum: quod enim mouet ipſum motu proprio illi eſt illud quod largitur illi primo diſpoſitiones per quas acqrit motum proprium: ⁊ illa virtus eſt illa quam laudat Ariſtoteles ⁊ iudicat ipſam eſſe nobiliorem celo ⁊ altiorem.

**Poſtremo** attendendum eſt: hec propoſitio eſt vera: omne productum ⁊ factum eſt nouum: hoc fundamento: non eſſe producti debꝫ precedere tempore eſſe producti: non natura tantum: ſi enim mũdus eſt factus: ea ex quibus fit ſunt priora tempore mundo: dicebat Auerrois primo celi.106. tale nãqꝫ non eſſe: cum purum nihil eſſe nõ poſſit: fundabitur in aliquo ſubiecto qḋ quidem ab vna forma variabitur in alteram: vñ quecunqꝫ ſunt incompoſſibilia pro eodem inſtanti durationis quod prius natura ineſt: ⁊ prius duratione ineſt ſed eſſe ⁊ non eſſe rei ſunt incompoſſibilia pro eodẽ temporis momento: ⁊ non eſſe eſt prius natura: ergo erit prius tempore: abſurdum nãqꝫ eſſꝫ fateri nõ eſſe precedere eſſe natura ⁊ eſſe antecedere non eſſe duratione. ¶ Contra lumen ſolis ab eterno eſt productum in parte orbis propinqua. Solutio ẽ. Eternum in eſſe reali ⁊ deſibile vel inceptibile non ſe cõpatiuntur: ſed bene eternum in eſſe intentionali ⁊ iceptibile ⁊ deſibile: lux itaqꝫ ſolis in eſſe reali nõ eſt inceptibilis: neqꝫ deſibilis: ſed bene ineſſe ſpirituali: ⁊ ſi eſt eterna: non eſt producta: ⁊ facta ꝗuis producibilis ſit ⁊ factibilis. ¶ Item intelligentia ſecunda intelligit primam per eſſentiã ſecũde: ergo ſecunda eſt effectiue a prima: obiectuꝫ.n. ab intellectione realr̃ diſtinctũ effectiue ad intellectionẽ cõcurrit: eſt aũt neceſſariũ intelligẽtiã mediã intelligere per mediam: ne ipſa intelligat ſe modo accidẽtali: intelligẽ n. ſe mõ accidẽtali cõcedit tm̃ ĩtellectui humano.3. ꝺ anima.8. Solutio eſt: intelligit intelligẽtia ĩferior ꝑ eſſentiã ſuperioris: ꝗ cognitõe beatifica intelligit ſe modo accidẽtali: intellectꝰ aũt humanus cõprehẽdit ſe modo accidẽtali ⁊ cognitiõe beatifica ⁊ cognitione nõ beatifica: vt dixi.3. de aia.8. verꝫ hãc difficultatẽ ꝑtractaui ãno ſupiori.8. phyſicoꝝ.13.

¶ Et iã induxit nos amor explanãdi hoc facere digreſſiõeꝫ a pͥcipali. ſ. ꝺclaratõe corporis celeſtis qḋ eſt de celo tanqꝫ corpus de aiali. Dicamus igit ꝙ corpus celeſte cõicat cuꝫ

corpibus



corporibus generalibus ⁊ corruptibilibꝰ in hoc: ꝙ eſt ex tribus dimẽſiõibus. ſ. ſubſtãtia recipiens dimenſiones: ⁊ ꝙ vtraqꝫ ſubſtãtia non eſt ſine dimenſionibꝰ: ſed inuenimꝰ ſubſtantiam deferentẽ dimenſiones: ⁊ dimẽſiones in corpore generabili ⁊ corruptibili: vel corporibꝰ generabilibꝰ ⁊ corruptibilibꝰ eaſdem numero in potentia non eaſdem i actu ſcilicꝫ ꝙ dimenſiões oẽs cões omnibus corporibꝰ generabilibꝰ ⁊ corruptibilibꝰ ſunt eodem modo in potẽtia: ⁊ inuenimus ideꝫ corpus trãſferri de forma in formam ⁊ ex dimẽſiõibꝰ i dimẽſiões alſ i actu. V.g. ꝙ corpꝰ qḋ ẽ aer tranſfert in corpꝰ qḋ eſt ignis. Si igit hoc corpꝰ qḋ eſt cõe forme aeris ⁊ ignis eẽt idem numero in actu: tũc forma eẽt accidẽs: ⁊ ſi eẽt duo in actu: ⁊ tranſmutaret vnũ ĩ alterum neceſſe eẽt corpeitatẽ deſtrui de corpe corrupto ad nõ corpus ⁊ corpeitatẽ generatam generari ex nõ corpe: vñ neceſſe eſt eas habere naturã corpalẽ ſibi cõem. Querẽdũ eſt igit vtrum illa ſit vna aut plures: ⁊ ſi vna vtrum ſit vna potẽtia aut actu: ⁊ ſi plures ſimiliter: cogimur igit ponere vnã potẽtiaꝫ ⁊ plures potentias. Declarabit igitur hꝫ hoc ꝙ corpora que ſunt hic generabilia ⁊ corruptibilia ipſa componi ex ſubſtantia que eſt potẽtia ⁊ dimẽſiõibus exiſtẽtibus in ea que ſunt in potentia: ⁊ etiã ꝙ illud corpus qḋ eſt vnum potẽtia ⁊ multa in potẽtia: ⁊ cũ exit in actu erit mã in actu. Vñ dicit Ari. ꝙ mã nõ hꝫ eſſe in actu niſi ſm ꝙ videt: quẽadmodũ forma non hꝫ eſſe in actu niſi hꝫ ꝙ intelligit. Corpus vero celeſte qḋ nõ tranſmutatur ad ipſuꝫ: neceſſe eſt componi ex ſubſtãtia ĩ actu ⁊ dimenſionibus in actu: ⁊ ideo eſt ingenerabile ⁊ incorruptibile: ⁊ cũ ita ſit corpus celeſte eſt materia recipiẽs formã celi hoc modo qui declaratus eſt de hac materia. ſ. ꝺ eiꝰ cõueniẽtia cũ mã generabili ⁊ corruptibili ĩ aliquo ⁊ diuerſitate eiꝰ ab ea ĩ aliquo: ⁊ vtraqꝫ ẽt eſt mã hꝫ qḋ videt: ⁊ ſilr̃ ẽt ſm qḋ inuenitur in eis potẽtia ad motũ in loco ⁊ ĩ corpe celeſti nõ ẽ potẽtia ad trãſmutationẽ: ⁊ ſube exñtes in ſubſtãtijs exñtibꝰ ĩ corpe celeſti nõ ſũt potẽtia ad trãſmutatõeꝫ vt ſũt ſbe exñtes in ſubſtãtijs exñtibꝰ in corpe gnãbili ⁊ corruptibili: ⁊ ſilr̃ ẽ in corpe celeſti. Declaratuꝫ ẽ de eis eas eẽ cõueniẽtes cũ formis gnãbilibus ⁊ corruptibilibꝰ in aliquo ⁊ in aliquo differẽtes ab eis: ⁊ ex hoc mõ id qḋ congregat hꝫ ex aia ⁊ corpe dicit animal: cum hꝫ ꝙ illud qḋ ꝯgregat illic ex corpore ⁊ aia dicit nõ equoce aial ſed ſm prius ⁊ poſterius. Et ideo neceſſe eſt in talibꝰ naturis vt prius ſit cã poſterioris: vt dictũ ẽ ꝺ hac natura alibi. V.G. illa que dicunt talia ſꝫ diuerſant ſm magis ⁊ minus: qm̃ igit celum cõponit ex materia ⁊ forma ſicut ẽ diſpõ in aialibꝰ que ſunt hꝫ declaratũ ẽ. Amplius in qua cõuenit forma iſtoꝝ cũ formis illoꝝ: ⁊ in quo differunt ⁊ in quo differt vltimus motor iſtoꝝ ab vltimo motore illoꝝ.

¶ Sententia huius partis ſtat in hoc. In celo dimẽſio tantũ terminata reperit: at in ſubceleſtibꝰ corporibus dimẽſio exiſtit intermiata: ⁊ cã eſt: qꝛ corpus celeſte nõ eſt tranſmutabile de vna forma in aliã formaꝫ. Sed bene materia que eſt altera pars corporũ ſublunariũ. Intelligẽtie item celeſtes nullam mutationẽ potuerũt termiare veluti faciũt forme ſubceleſtes: fuit celuꝫ hac de cã aial eternũ: viuentia ſublunaria caduca ⁊ mortalia.

**Pro** expeditione huius partis eſt primitus notanduꝫ. Jam induxit nos amor explanandi hoc: qũo. ſ. intelligẽtia erat cã formalis ⁊ ꝯſeruãs celum in diſpõnibus ꝓprijs ⁊ neceſſarijs ad motuꝫ circulareꝫ reqſitis: nõ obſtãte.n. ꝙ intelligentia non eſſet cauſata a corpore celeſti poterat tñ conſtituere aial celeſte ⁊ ipſuꝫ cauſare in genere cauſe formalis ⁊ cõſeruãtis: facere digreſſionẽ a principali. ſ. declaratione corporis celeſtis qḋ eſt ꝺ celo tanqꝫ corpus de aiali: ſicut.n. corpus eſt pars aialis ſublunaris: ita corpus celeſte eſt pars celi: verũtamẽ orbis ſubiectus intelligẽtie eſt ꝑ ſe primo motus ⁊ nõ ꝑ ptẽ: at corpus ſubiectũ aie ſubceleſti eſt tantũ motuꝫ per partẽ: ⁊ hec eſt cã ꝙ celũ veriſſime mouet ex ſe ꝑ ſe: partiturqꝫ in parteꝫ per ſe mouentem ⁊ partem per ſe motam.

**Rurſus** aduerteuduꝫ ẽ: ⁊ materia celi ⁊ hoꝝ inferioꝝ ſubiacẽt quãtitati: illa quãtitati in actu: hec dimenſioni in potẽtia: dimẽſiones eniꝫ oẽs cões oibus corporibꝰ generabilibꝰ ⁊ corruptibilibus ſunt eodeꝫ modo in potentia quo eſt ſuũ ſubiectũ qḋ eſt materia prima: vnde oia fere ꝑ̄dicata que materie: quantitati quoqꝫ attribuũtur: preter qḋ illud eſt ſubſtãtia: hoc aũt quãtitas: ⁊ talis dimẽſio in potentia eſt eterna: dimenſio in actu variatur ſm exigentiaꝫ formaꝝ: inuenimus.n. idem corpus tranſferri de forma in formã ⁊ ex dimenſionibus in dimẽſiones alias in actu: vt corpꝰ qḋ eſt aer trãſfert in corpus qḋ eſt ignis: ergo differẽtia erit inter deferens tranſmutatõeꝫ ⁊ ſubiectũ tranſmutatõis: indiuiduũ nãqꝫ de ꝑ̄dicamẽto ſubſtãtie vtrãqꝫ deffert tranſmutationẽ: at ſubiectũ tranſmutatõis ſubſtantialis eſt materia prima: accidentalis vero cõpoſituꝫ ex materia ⁊ forma. Si.n. eſſet eadeꝫ dimẽſio ĩ actu in genito ⁊ corrupto: ois forma ſubſtãtialis eẽt accidentalis: ⁊ ſi eſſent due in actu: ⁊ tranſmutaret vnũ in alterum neceſſe eſſet corporeitatem deſtrui ꝺ corpore corrupto ad non corpus: ⁊ corporeitatẽ generatã generari ex nõ corpe: vñ neceſſe eſt ens hic naturaꝫ corporaleꝫ ſibi cõeꝫ: generãs nãqꝫ ex nõ corpe

cōcedit vacuū: q̄ꝛ fit corpus vbi nō prefuit: ⁊ cū oēs forme ſublunares expoſcāt quātitatē: fuit quātitas diſpoſitio pro oībꝰ formis opportuna. In celo igit̄ nō ē quātitas interminata: ſꝫ exiſtit terminata merito intelligētie finiti vigoris: quātitas.n. celeſtis vt celeſtis ē inſequit̄ ītelligentiā: lꝫ vt quātitas poſſit dici interminata: nō repugnat.n. quantitati interminatio: quātitas aūt bouis inquātuꝫ bouis ē interminatā: adhunc ſenſuꝫ: q̄ꝛ materia ſtans ſub tali forma pōt inueniri ſub alijs aliuꝫ ⁊ aliū terminū ſibi determinantibꝰ: neqꝫ ponēduꝫ eſt aliud accidens interminatum preter dimenſionē interminataꝫ: vt dicebam anno ſupiori primo phyſicoꝝ.63.

**Iterum** obſeruādū eſt. Corporeitas eſt vna potētia: ⁊ plures actu. Sunt āt due potētie: vna materie: alia corporeitatis. Uel materia hꝫ vnam potentiā radicaleꝫ ⁊ abſolutā: ⁊ plures reſpectiuas: ſm numerū formaꝝ introducendaꝝ: ⁊ ob hoc in corporibꝰ ſubceleſtibꝰ reperit̄ materia in potentia ⁊ dimēſio in potētia: dimēſio in potētia efficit̄ in actu ꝑ formā: veluti ⁊ materia non hꝫ eſſe in actu niſi ſm ꝙ videt̄: ſicut ⁊ forma non hꝫ eſſe in actu niſi ſm ꝙ intelligit̄: ⁊ āno ſupiori ꝓhemio primi phyſicoꝝ dicebaꝫ: cōpoſitū eſt intelligibile merito eſſe qꝺ hꝫ forma in intellectu: eſt ſenſibile merito eſſe qꝺ hꝫ forma in ſenſibus: qua declaratōe multa loca Ariſtotelis ⁊ Auerrois intelligebant̄.

**Poſtremo** notāduꝫ: nō eſt dimēſio in potentia in celo: formis iteꝫ celeſtibus nihil contrariat̄: nec poſitiue nec priuatiue: ⁊ predicatur li aīal analogice ꝺ celo ⁊ aīali ſubceleſti: quare diuerſant̄ corpora celeſtia ⁊ ſubceleſtia ſm magis ⁊ minus: ⁊ talis diuerſitas ſtat cū diuerſitate ſpecifica. Contra: ex motu eterno cōuincimus naturaꝫ intelligētie: motui aliqd priuatiue opponit̄: ergo ⁊ intelligētie. Solutio eſt: in accidentibꝰ reperit̄ pura priuatio: nō in ſubſtantijs: priuatio nāqꝫ forme ſubſtantialis neceſſario ⁊ inſeparabil̄r cōcomittat̄ formaꝫ ſubſtātialeꝫ: nō patiūt̄ ergo itelligētie priuatiue oppoſitū neqꝫ formā diſpatā: materia.n. celi ñ ē ſubiecta priuationi: at mā in potentia ſemꝑ priuationi ē copulata: ⁊ hec ē cā ꝙ ſepenumero affirmat̄: in principijs corpoꝝ celeſtiū nō eē cōtrarietatē.

¶ Remanet igit̄ ꝯſiderare in quo differūt ħ duo genera de accidentibus ⁊ in quo cōueniunt. Differunt enim in natura paſſiua que dicit̄ alteratio: ⁊ cōueniunt ſm accidentia que non tranſmutāt ſubſtantiaꝫ: ħ eniꝫ alteratio ſm quā tranſmutat̄ ſubſtātia alterati videt̄ eſſe ꝓpria corporibꝰ quoꝝ ſubſtātie admiſcent̄ potētie: ⁊ ſunt corpora generabilia ⁊ corruptibilia. Accidētia vero q̄ nō tranſmutāt ſbam defferētis ſunt cōia vtriqꝫ corpori: ⁊ primū iſtoꝝ eſt motꝰ localis: ⁊ diaphanitates ⁊ qualitates quas ſequūt̄ iſta.ſ. raritas ⁊ denſitas: videt̄.n. fere ꝙ raritas ⁊ dēſitas ſūt cauſe diaphanitatis ⁊ ñ diaphanitatis: ſed tñ dicunt̄ vtreqꝫ in vtroqꝫ corpe ſꝫ prius ⁊ poſterius: ſicut dicit̄ corporeitas: ⁊ ſimiliter cōueniūt in luminatione ⁊ obſcuritate. Sꝫ ħ magis videnť dici eē equoce q̄ꝫ ſm prius ⁊ poſterius: lux.n. videt̄ fieri ħ in hoc corpore igneo diaphano ſimplici qꝺ eſt in cōcauo orbis lune: quādo agit in corpore dēſo ⁊ admiſcet̄ cū eo: ⁊ iō vꝛ ꝙ cā illuminationis partiū corꝑis celeſtis.ſ. ſtellaꝝ eſt dēſitas illius ꝑtis diaphane in actu ex orbe: ⁊ hoc apparet in ſtelis: q̄ꝛ eclypſant ſe adinuicem: ⁊ hoc bene apparet in luna: ⁊ cum ita ſit ſtellaꝝ ⁊ ſubſtātia celi eſt eadē natura ſm ꝙ omnes antiqui dicūt: vt narrauit Ariſto. i libro celi ⁊ mūdi: ⁊ corpus celeſte ſꝫ hoc eſt diaphanū per ſe in actu ecōtrario corꝑibus diaphanis que ſunt hic que ſunt diaphana in actu apud preſentiā lucis ⁊ partes diuerſantur in hoc in diaphanitate ⁊ non diaphanitate: ita ꝙ in eis ſit aliquid ſimile colori ſicut in galaxia. ⁊ q̄ꝛ luna vꝛ eſſe dēſa ⁊ obſcura ⁊ recipiens lumen ab alio.ſ. a ſole. ⁊ in libro de aīalibus dicit Ariſt. ꝙ natura eius eſt vnigenea nature terre pluſq̄ꝫ ceteraꝝ ſtellarum ⁊ forte corpora celeſtia diuerſant̄ in dēſitate ⁊ raritate que ſunt cāe illuminatiōis ⁊ obſcuritatis: lꝫ hec nō inueniant̄ niſi in luna tm̄: ſm hoc igit̄ eſt intelligenduꝫ vt mihi videtur diſpō ⁊ illuminatio corpoꝝ celeſtiū.

¶ Snia huiꝰ ꝑtis ſtat in hoc: Qualitates tāgibiles a celo penitus remouent̄ ad quas tēdit alteratio. At motꝰ localis: dyaphaneitas: raritas ⁊ denſitas celo ⁊ his corporibus inferioribus attribuunt̄: ſm prius ⁊ poſterius: lux ⁊ obſcuritas in illis equoce comperiuntur.

**In primis** aduertenduꝫ eſt: dicit̄ alteratio natura paſſiua: q̄ꝛ eſt ꝯtēta ī tertia ſpē q̄litatis: vbi qualitates paſſibiles collocantur celū ergo nō ē capax alterationis: hec inferiora ſic: dicunt̄ aūt accidētia nō trāſmutare ſubſtātiaꝫ que non corrūpunt nec diſponūt ad interitū. Cōtra: luna eclipſatur ergo celū alterat̄: Solutio ē: ſolo motu locali poſſibile eſt ꝑdi qualitatē ſpūalē: veluti eſt lumē ī luna: lux aūt que ꝯſequit̄ ītelligētiā nūquā ab orbe ſeparatur: cū ibi hēat eē nāle: nō ē ergo celo īpoſſibilis illuminatio: ⁊ talis illuminatio intrat in capitulo relationis: primo celi.21. q̄ꝛ lumen ē potiꝰ relatio q̄ꝫ qualitas: cū ſit ſpēs lucis. Et ſiqs q̄rat nūqd lumen in aere terminet alteratiōnē ſpūalē: videt̄ ꝙ non: q̄ꝛ 7. phyſicoꝝ.12. inaīata alterant̄ vno genere alterationis tantum: alterantur realiter ergo non intentionaliter. Solutio eſt: lumen cum non ſit actus fluxibilis etiam ſi intendatur ⁊ remittatur terminare tantum poteſt alterationem ſpiritualem: ⁊ poteſt inanimatum ſpiritualiter alterari non vt inanimatum ſed vt eſt medium ſenſationibus perficiendis accōmodatum: animatum vt animatum ⁊ real̄r ⁊ ſpūal̄r alteratur merito materie ⁊ aīe: ⁊ ita īterꝑtādus ē Auer. 7. phyſicoꝝ.12.

**Rurſus** obſuādū ē: dēſitas celeſtis dicit ꝓpinq̄tatē ꝑtiū mãe ī actu ⁊ duč ad lumioſitatem: dēſitas ſubceleſtis dicit propinquitatē ꝑtiū materie in potentia: que quideꝫ ad obſcuritatem cōducit: ꝑ motū aūt localē noua ſba ñ īducit̄ veluti ꝑ alios motus: ⁊ hec accidētia analogice dicunt̄ de accidentibus repertis in celo: ⁊ ſubceleſtibus corporibus: analogia cauſe ad cauſatum que tollit omneꝫ vniuocationem. Contra: accidenti eterno ⁊ nō eterno aliquid eſt cōmune vniuocum: quia poteſt ab illis abſtrahi vnus conceptus: ergo. Iteꝫ magnitudo: tꝑs: motus celi: quātitas interminata locantur in predicamento quātitatis: potentia abſoluta materie in ſecunda ſpecie qualitatis: ⁊ cōſtat hec accidentia eſſe eterna: ergo. Sunt qui arbitrantur ſubſtantie eterne ⁊ non eterne nihil eſſe cōmune vniuocū: cum forma ſubſtantialis eterna ſit de ſe abſtracta a qua amplius cōceptus abſtrahi non pōt: at accidenti eterno ⁊ nō eterno pōt aliqd cōe eſſe vniuocū. Contra quos eſt Auerrois in preſenti parte. Item iſte propoſitiones ſunt vere: celum eſt animal: homo eſt animal: ergo predicato cōreſpondet vnus ꝯceptus inadequatus homini ⁊ celo. Rurſus iſta eſt in ꝑrio mō: deus eſt ens ergo illi predicato reſpondet vnus conceptꝰ quo cōcipitur Deus inadequate. Dico ergo eterno ⁊ non eterno nihil poſſe eſſe cōe vniuocum: propter ſ. diuerſitatem principij mālis ⁊ formalis: licet nāqꝫ ꝑdicata ſumātur a forma: vniuocatio tamen eſt a materia. Quare cum in generibus accidentiuꝫ dūtaxat ea ponātur que fundant̄ in his que locantur directe in genere ſbe: cuius genus generaliſſimū eſt corpus tangibile: qualitates de prima ſpecie non erunt qualitates predicamētales. Dimenſio interminata non erit in genere quātitatis niſi reductiue ⁊ principatiue. Potentia item abſoluta materie nō exiſtit ꝓprie in ſecunda ſpecie qualitatis: cum ibi vere ſint potentie ad agere ⁊ operari: potentia autem radicalis materie ſit ad actum primuꝫ. Amplius magnitudo: tꝑs ⁊ motus mathematice conſiderata poſſunt locari in genere vniuoco: non tamen nāl̄iter conſiderata: verum de his dixi diffuſe primo de aīa.6. ⁊ anno ſupiori primo phyſicorum.18.

**Amplius** ſciendum eſt: ſtella ⁊ orbis eiuſdē ſunt nature. 2. celi.42. quia materia eorum in actu eſt eiuſdem rationis ⁊ continua: ⁊ eorum forma ſubſtantialis eſt eadem eſſentialiter ⁊ numero. Appellatur etiam mars rubicūdus: venus argentea ⁊ ſunt colores celeſtes ſimplices: nō cōſurgentes ex refractione qualitatum primaruꝫ. Iterum eſt galaxia de nā celi ⁊ pars integralis octaue ſphere: tum quia hominibus occidētalibus ⁊ orientalibꝰ apparet galaxia in eodem puncto celi in quo interſecat geminos: tum quia eſt corpus ſimplex incorruptibile circulariter ſolum motum ad motum octaue ſphere cuius cauſa efficiens ſunt ſtelle multe parue habentes ſtellas quaſdam magnas inſertas: ⁊ radiꝰ ſolis ſtellis illis quaſi contiguis incidens: cauſa materialis eſt pars orbis denſior retinēs ⁊ repreſentās lumen ſolis ⁊ ſtellarum: ⁊ terminans viſuꝫ: eſt nāqꝫ celum difforme in raritate ⁊ denſitate; licet Ariſt. videatur primo metheoruꝫ tenere galaxiam eſſe de nā elementali. Iteruꝫ natura lune ſimilis eſt nature terre: q̄ꝛ eſt magis obſcura ceteris planetis. 2. celi. 42. eſt etiam ſimilis: quia illa in celo infima eſt: hec fex eſt elementorum. Et ſi quis dicat. Cōtra: terra eſt in medio firmamenti natural̄r locata: ergo nobiliſſimū eſt elementum: quia locus medius ſemper debetur nobiliori. Solutio eſt: cognoſcitur perfectio ⁊ imperfectio elementorum ſm appropinquationē ⁊ diſtantiam a celo: ⁊ quia terra eſt centrum ⁊ maxime diſtās a celo: ideo fex eſt elementorū: corpora vero celeſtia ordinantur ſm magnitudinem ⁊ velocitatē motuum eoꝝ. Iccirco luna quia parua ē: ⁊ in motu ſuo tarda fex eſt planetarum.

¶ Et accidentium conuenietiuꝫ corpori celeſti ⁊ generabilibus ⁊ corruptibilibus ē calefacē. ⁊ Ariſto. dicit ꝙ corpora celeſtia nō calefaciunt ſm ꝙ ſunt calida ſed ſm velocitatē motus: ⁊ rōcinatur in hoc ex hoc qꝺ accidit in ſagitta directa: ⁊ dicit in methaphyſica ꝙ nō ſequitur vt fiat accidēs ex ſibi ſimili neqꝫ in genere neqꝫ in ſpē ſicut ſequitur in qualitatibus que ſunt ſubſtantie. Et expoſitores dant ſecundā cauſam.ſ. illuminationē: dicūt enim ꝙ lux in eo qꝺ ē lux videtur calefacere quando reflectitur ⁊ dicunt ꝙ nō ē ꝺ accidētibus proprijs igni: ſꝫ ꝺ accidētibus cōibus igni ⁊ corpori celeſti. Et forte dicēdum eſt ad hoc ꝙ non ē remotum vt calor dicatur in eis equiuoce ꝑ hoc ſignum.ſ. ꝙ actio eorū diuerſat̄: calor.n. ignis corrumpit ⁊ deſtruit entia ⁊ maxime ignis illuminātis: calor vero corporuꝫ celeſtiū largit̄ vitā vegetabilē ſenſibilem ⁊ animalem ⁊ ſm ħ calor erit duobꝰ modis: calor qui ē de qualitatibus paſſiuis que tranſmutant ſubſtantiā in qua ſunt: ⁊ calor qui non ē de qualitatibus paſſiuis: ſicut ē diſpoſitio in diaphanitate ⁊ non diaphanitate ſ. ꝙ quedam ſequit̄ qualitatē paſſiuaꝫ ⁊ q̄dā non: conſiderantes autem actiones ſtellarū in antiquo tēpore vere dicunt ꝙ q̄dā largiūtur caliditatē ⁊ ſiccitatē: q̄dam caliditatem ⁊ humiditatē: quedam frigiditatē ⁊ ſiccitatē: ⁊ quedam frigiditatē ⁊ humiditatē: ⁊ ſic quattuor qualitates cōes corporibus celeſtibus: ⁊ quattuor elemētis dicunt̄ equoce: aut ſm prius ⁊ poſteriꝰ. Et forte corpora celeſtia largiētur calorē: lꝫ non ſint calida in ſe: nō eniꝫ ſequitur vt oē faciēs aliquod accidēs diſponatur ꝑ illud. U.g. qm̄ non oē qꝺ mouet dꝫ moueri: neqꝫ omne qꝺ nigrificat dꝫ eē nigꝝ ⁊ ħ apparet etiam ex hoc ꝙ ſi alteratum eēt ex alterato ⁊ calidum ex calido tunc ꝓcederetur in infinitum ⁊ non inueniretur primū alterans ſicut ſequitur in motu: ⁊ neceſſe eſt igitur peruenire ad alterans non alteratuꝫ: ſicut ad mouens non motum ſed differunt quia mouens in loco non peruenit ad aliqꝺ mouens qꝺ ſm totū motum ex ſe ſit mouēs

aliud: in alterationibus autez peruenire poteſt in alterans per aliquam diſpoſitionem in eo ꝙ non habet cauſam: ⁊ iſta ſunt corpora celeſtia. Sed illa diſpoſitio que eſt in eis forte eſt ex genere eius quod agit in aliud. ⁊ forte non. V.g. ꝙ calefactio quā facit in inferioribus eſt ex natura neqꝫ calida neqꝫ frigida: ſicut motus eius eſt a natura neqꝫ graui neqꝫ leui; ⁊ hoc eſt magis quod appetit q̄ȝ apparet: quia ille quattuor qualitates ſunt actiue ⁊ paſſiue ab alijs neceſſe eſt peruenire ad qualitates actiuas ⁊ paſſiuas: ⁊ apparentius eſt ⁊ dignius vt iſte que ſunt hic nō reducantur ad qualitates que ſunt ſui generis: ⁊ ſi ponantur dici ſecundum prius ⁊ poſterius: ſequeretur enim vt de genere qualitatum paſſiuaruȝ ſit aliquod non paſſiuum quod eſt remotum: apparet igitur ex hoc ꝙ ignis non eſt primum calefaciens quia eſt paſſiuus ſed neceſſe eſt vt primū calefaciens calefaciat per qualitatem non paſſiuā: ſicut primum mouens mouet per diſpoſitionem non mobilem.

¶ Sn̄ia huiꝰ partis ſtat in hoc: licet corpora celeſtia calefaciant tamen non ſunt calida formaliter: qꝛ motu ⁊ lumīe pn̄t calefacere abſqꝫ hoc ꝙ ſint calida formaliter: celum quoqꝫ calidum eſt calore largiēte vitam vegetabilem ⁊ ſenſibileȝ: ⁊ nō dixit intellectualem: qꝛ intellectus non eſt ſubiectus poteſtati materie: neqꝫ agentis naturalis: at elementa formaliter calida ⁊ frigida inueniuntur: ⁊ cum celum ſit alterās ⁊ nullatenus alteratuȝ: non erunt in celo qualitates paſſiue ⁊ actiue.

**Eſt** primo cōſideranduȝ: motus localis cauſat calorez partes mobilis diſtrahendo: motu calor ꝯſeruatur: ignis cū non mouetur: extinguitur: vnde motus eſt calidi proprietas: ⁊ in ſtellis cadentibꝰ ex motu generantur: calor ⁊ lumen. Cōtra: terra mota nō caleſit: neqꝫ aqua. Item aqua calida motu infrigidatur: flabellatio refrigerat. Rurſus poſt motum velociſſimum homo inuenitur frigidus: ergo motu calor non cauſatur: nec conſeruatur. Solutio eſt. Dico primo ꝙ terra ⁊ aqua potentiora ſunt ad reſiſtenduȝ motui calefaciēti q̄ȝ ſit motus ea potens calefacere. Dico ſecundo: per accidens eſſe ꝙ vapores exeuntes ex aqua plus minuant de calore q̄ȝ addat motus de calore. Dico tertio. flabellationem per accidens refrigerare propter ſcilicet nouum aerem adductuȝ: ⁊ vaporem: cum expulſione vaporis ⁊ aeris exiſtentiū circa corpus: que quidem potentiora ſunt frigeſacere q̄ȝ ſit motus potēs calefacere. Ultimo dico: ꝙ motus conueniens calefacit: ſuperfluus non: quia ſpiritum reſoluit: ⁊ coleram incinerat: ⁊ hec plus refrigerant corpus animalis q̄ȝ motus illud calefaciat: patet itaqꝫ calorem ⁊ motu cauſari ⁊ conſeruari: nō per ſe ⁊ vniuoce ſed equiuoce ⁊ maxime motu celeſti: qꝛ comparatus celo eſt vera vita: cum ſit operatio intelligentie: ſed comparatus ſubceleſtibus eſt quaſi vita: pro quanto eo anime ⁊ operationes viuentiū cōſeruantur.

**Rurſus** ſciendum: motus nō generatur a ſibi ſimili: ſed bn̄ ſubſtantia. Cōtra: ignis pōt generari a nō igne: ergo. Dico ſubſtantiā pfectaȝ generari a ſibi ſimili: imperfectā ⁊ a ſimili ⁊ a diſſimili: ⁊ forte nunq̄ȝ producitur ignis niſi ab igne: vel ab aliquo in virtute ignis.

**Iterum** conſiderandū: lumē eſſe calefactiuuȝ ⁊ preſertim cum reflectitur radiꝰ ad perpendicularē: quia tunc radius duplicatur: ⁊ fortius cuȝ radij congregantur: vnde media aeris regio eſt frigidiſſima cuȝ non moleſtetur a reflexione radiorum a terra: hec habentur. 2. celi. 42. Contra: lumen eſt ſpiritualiter in medio. Itē: ſi ſic: omnia corpora celeſtia calefacerent. Solutio ē: pōt forma intētionalis producere effectum realem: ſanitas nāqꝫ in mēte medici eſt cauſa efficiens ſanitatē: fateor quoqꝫ corpora celeſtia tantū calefacere intenſe tamē ⁊ remiſſe: ſunt nāqꝫ noctes in plenilunijs calidiores: ⁊ nō ingreditur frigiditas opus nature: vnde Celū agit in hec inferiora motu ⁊ lumine tantū: cum non detur influentia qua celuȝ frigiditatem pariat. Contra: ergo frigidum ⁊ ſiccum eſſent per accidens in vniuerſo. Item forme ſubſtantiales elementorum ſunt per ſe intente a natura ergo ⁊ earum diſpoſitiones: que ſunt frigiditas ⁊ ſiccitas. Dico celum conſeruare elementa frigida motu ⁊ lumine: motus. n. celi factus in tanta diſtantia cauſa eſt elementoꝝ conſeruatiua: ⁊ confiteor celum per accidens ſiccitatem terre naturalem adiuuare.

**Ulterius** tenenduȝ ē oēs calores eē eiuſdē ſpeciei ſpecialiſſime: ⁊ vnum calorem numero dici elementalē: vt agit opera elementalia: naturalem quatenus dirigitur ab idolo paterno: ⁊ agit ad generationem fetus: ⁊ complementū diſpoſitionum eius: vnde. 4. metheoꝝ arbitratur Cōmētator digeſtionem a ſolo calore naturali celebrari: ⁊ paulopoſt vult ꝙ digeſtio ⁊ generatio mixtoꝝ que ē per digeſtionem fiat ab elemento ignis: elementum n. qꝺ eſt generationis cauſa prima operans in cōpoſitis eſt ignis. Similiter calor qui ē in ſeminibus animaliuȝ dicitur celeſtis vt agit in virtute celi: ⁊ ita idē calor exiſtens qualitas prima ē ſimul elemētalis: naturalis: celeſtis: preternaturalis: digeſtiuus: putrefactiuus ſm̄ ꝙ agit diuerſa opera: ⁊ a diuerſis coagētibus dirigitur.

**Poſtremo** notandū eſt. Primuȝ mouens localiter in genere ē celuȝ: primum mouens ſimpliciter ē intelligentia: primum tamen alterans ſimpliciter ē primum mouens motum qꝺ reſoluendum eſt in primum localiter mouēs īmobile: intelligentia nāqꝫ prima mouens primū mobile localiter: nequaq̄ȝ primum alterans vocari pōt: ⁊ cauſa vt reor: quia inſtrumentum intelligentiarū peculiare alterationem non recipit: ſed bene motum localem. 8. phyſicoꝝ. 20. dicebat Auerrois: nō inuenitur aliquid moueri ex ſe niſi in motu locali: in ceteris motibus eſt motor extrinſecus. i. mouēs ⁊ motū in motu locali nō ſeiūgūtur loco ⁊ ſubiecto: non reperitur autem alteratum ex ſe ⁊ auctum ex ſe: quia ī iſtis motibus ſemper motor eſt extrinſecus. i. mouens ⁊ motum loco ⁊ ſubiecto diſtinguuntur. De celo igitur: eiuſqꝫ accidentibus ſit intantum determinatum.

Caput



## ¶ Caput Tertiū de ſubſtantia orbis.

**Quia declaratum** eſt corpora celeſtia componi ex mouente ⁊ moto ⁊ motor in eis eſt non corpꝰ ſicut eſt diſpoſitio de ceteris motis ex ſe: ⁊ hoc in vltio octaui phyſicorū: in quo declaratuȝ eſt qꝺ motꝰ quo mouetur hoc corpus eſt eternus ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: ⁊ qꝛ ħ declaratū fuit illic ꝙ iſtud mouens nō eſt virtus in corpore ſicut eſt in aialibus. ſ. ꝙ mouentia ipſa ſunt virtutes in corporibꝰ: ⁊ hoc fuit declaratum ponēdo duas ꝓpoſitiones: quarum vna eſt ꝙ oīs virtus in natura eſt finite motionis. altera āt eſt ꝙ virtus que eſt maxima in corpore celeſti eſt infinite motionis. Ex quibus cōcluditur ꝙ virtus que eſt in corpore celeſti non eſt in materia: ꝓpoſitio aūt dicēs ꝙ virtus que eſt in corpe celeſti eſt infinite motionis declaratur in octauo phyſicoruȝ p eternitatē motus ⁊ temporis: dicens vero ꝙ oīs virtus que eſt in mā eſt finita: eſt manifeſta p hoc ꝙ oīs virtus in corpore. ſ. virtus corpalis materialis vr̄ diuidi p diuiſioneȝ corpis ſm̄ paucitatē ⁊ multitudīnē: ſi igitur oē corpus eſt finituȝ vt declaratū eſt in tertio phyſicoruȝ: impoſſibile eſt virtutē infinitaȝ eſſe in corpore finito: ⁊ hoc manifeſtuȝ eſt per inductioneȝ: ⁊ Ariſto. laborauit in octauo ad declaranduȝ hoc ex fundamētis declaratis ab ipſo. ſ. ꝙ oīs motus eſt in tpe ex quo ītulit ꝙ ſi virtus infinita eſſet in corpore finito cōtingeret iſtud moueri p illaȝ in nō tempore: corpora enim nō excedūt ſe in velocitate ⁊ tarditate niſi in exceſſu eorū in virtutibꝰ motiuis materialibus: ⁊ exceſſus virtutuȝ ſequitur exceſſum corporū. ſ. ꝙ corpus cuius virtus eſt maior eſt velocioris motus. Ex quo ſeqtur ꝙ ſi aliqꝺ corpus habuerit virtuteȝ infinitā vt moueatur ī nō tempore ſed declaratū eſt omneȝ motum eſſe in tpe. Nam in omni motu eſt prius ⁊ poſterius que ſunt in tpe: ⁊ cū ita ſit ⁊ eſt declaratum ꝙ corpus celi cōponitur ex motore ⁊ moto: ⁊ ꝙ iſte motor nō cōſtituitur p rem motā neqꝫ exiſtit in ea: ſed eſt abſolutus ab oī materia: querendū eſt de hoc qꝺ mouetur ab eo. ſ. corpore celeſti: vtruȝ ſit cōpoſituȝ ex materia ⁊ forma ſicut diſpoſitio corporum que mouentur apud nos ex ſe a primo motore qui ē in eis. ſ. corporum animalium que mouentur ab anima aut ē ſimplex ⁊ non eſt in eo potentia omnino. ſ. forma a q̄ proueniat actio preter formaȝ mouentē que non conſtituitur per ipſaȝ ſcilicet per formā que largitur ei motum cōtinuum. ſ. mouere infinitum.

¶ Sententia generalis huius capitis ſtat in hoc: vt declaretur orbem ſubiectum intelligentie nō eſſe cōpoſituȝ ex materia ⁊ forma: ⁊ intelligentias non eſſe formas conſtitutas in eſſe per celū: cū moueant eterno tempore. ¶ Dicit aūt Auerrois primo: motor in corporibus celeſtibus ē nō corpus. ſicut ē diſpoſitio de ceteris motis ex ſe. Senſus ē: corpus ſubiectum intelligentie ē per ſe primo motum: intelligentia eſt p ſe primum mouens: at corpus ſubiectū aīe ſubceleſti non eſt motum per ſe primum: ſed ē motum per partem quātitatiuam: que vel ſit muſculus: vel aliq̄ pars cordis: vel calor naturalis: ideo motor primus in animalibus ſubceleſtibus ē corpus: vel virtus in corpore. ¶ Itē inquit motus quo mouetur hoc corpus eſt eternus: ingenarabilis ⁊ incorruptibilis: ratio eſt: motui celi nihil aduerſatur: ſitqꝫ ſuper lineaȝ circulareȝ nō habentē puncta in actu: vnde ſi motus non eſſet eternus: ante primum motum eſſet motus: quia oporteret mouens ⁊ mobile mutari ⁊ remoueri prohibens: vnde licet nō exigatur motus ante motū qui terminatur ad ipm̄ motum: preexigitur tn̄ motꝰ quo mobile vel motor vel diſpoſitio acquiratur ī illis ad motum requiſita: aut remotio impedimenti. ¶ Iterum Auerrois arbitratur hanc conſequentiā valere: motus celi eſt eternus. Similiter ⁊ tempꝰ ergo forma mouens celum nō eſt virtus in corpore: virtutes. n. corporee finito mouēt tempore: cū ſint fatigabiles: ⁊ diuiſibiles ſm̄ magnum ⁊ paruū ad diuiſionem ſubiecti. Et inducit iterum hanc conſequentiā: ſi daretur virtus materialis infinito mouens tempore: moueret in inſtanti: ⁊ primo celi. 65. dicebat: ſi mouens celū eſſet corpus: moueret in nō tempore: ⁊ ex his concludit nullam eſſe formā ſubſtantialē in celo preter intelligentiā: in ſubceleſtibus viuentibꝰ ꝑter animam multe alie forme ſubſtantiales reperiuntur. Contra virtus infinita in duratione ⁊ finiti vigoris extra magnitudinem mouet nō in inſtanti: ergo ⁊ in magnitudine: quare deduco ꝯñtiā Auerrois ſic: oīs virtus in magnitudine ē fatigabilis: ſed virtus fatigabilis nō pōt continuare actum perpetuum niſi cōtinue addatur ſibi aliqua virtus fortificans: vel niſi ſimul illam totam virtutē haberet ex ſe: ſed cum nihil ſit prius prima intelligētia oportebit ipſam primam intelligentiā totā illam virtutē ſimul hꝛe: ⁊ ita ſi infinito tempore mouens ē aliqua virtus in magnitudine infiniti vigoris ē: ⁊ ſi ſic in momento mouet. Sūt itaqꝫ duo fundamēta Auerrois: primum ē: nulla forma educta pōt mouere eterno tempore. Secūduȝ ē: forma abſtracta pōt mouere ſempiterno tēpore: vnde eſt implicatio contradictionis in hac propoſitione: eterno tēpore mouet virtus in corpore: infinitas durationis ⁊ finitas vigoris in forma nō extenſa inueniuntur: virtus autē infinite durationis ſi eſt extē

ſa eſt infiniti vigoris. ¶ Amplius ait: corpora non ſe excedunt in velocitate ⁊ tarditate niſi in exceſſu eoꝝ in virtutibus motiuis: ⁊ exceſſus virtutū ſeqꝫ exceſſum corporum. ſ. ꝙ corpus cuius virtus eſt maior eſt velocioris motus. Sūt enim hec fundamenta doctrine peripatetice. Qualis eſt proportio virtutis ad virtutē: talis eſt mobilis ad mobile: ⁊ motus ad motuz ⁊ temporis ad tempus.

¶ Dicamus ergo ꝙ ſi fuerit ꝯceſſum ꝙ omnis virtus in materia eſt finita nulla differentia eſt in hoc inter hoc ꝙ ſit actiua ⁊ paſſiua. ſcilicet receptiua: ſi igitur corpus celeſte recipit mouere infinituz: vt declaratuz eſt: neceſſe eſt vt non ſit cōpoſituz ex materia ⁊ forma: ⁊ vt ſit ſimplex. ſ. ſubiectuz ſimplex primo motori qui eſt forma ipſius: oē enim cōpoſitū ex materia ⁊ forma eſt finite receptionis ſicut finite motionis in aliud. Eſt igit̄ ꝓpriuz iſti moto ex ſe ꝙ eſt corpus celeſte hoc ſcilicet ꝙ motor ipſius nō eſt in materia: ⁊ ꝙ illud quod mouet̄ ab eo eſt ſimplex nō compoſitum: ⁊ ſicut intēdimus verificare propoſitionem in qua poſuimꝰ ꝙ omnis virtus in corpore ⁊ ſuum mouere eſt finituz ⁊ ſuū moueri eſt etiam finitum: ⁊ ſi cōceſſerimus ꝙ in corpore celeſti eſt virtus finita alia a virtute motiua que nō eſt in eo nec conſtituitur per ipſum. V. g. virtus per quam celum dicitur habere ad motum circularem ſicut grauia ⁊ leuia ad motum rectum per ſuam formaz declinatio de qua dicitur eſſe neqꝫ leue neqꝫ graue ⁊ iſta virtus ſit in materia ⁊ ꝙ illud quod cōgregatur ex materia ⁊ ipſa ſit corpꝰ celeſte ſicut dicit Aui. cōtingit neceſſario vt in eterno ſit poſſe ad corruptionem abſqꝫ eo ꝙ corrūpat̄ qđ deſtruit̄ in vltio ꝑmi tractatꝰ celi ⁊ mūdi. eē igit̄ neceſſariū nō eſt niſi duobus modis neceſſariū. ſ. ex ſe ⁊ neceſſarium ex alio ⁊ poſſibile ex ſe: ſicut poteſt aliqs exiſtimare in corpore celeſti. ſ. ipſum habere virtutem finitam ⁊ acquirere neceſſitatez a virtute infinita ſeparata a materia vt opinatur Auicen. ⁊ exiſtimat̄ eſſe opinio Alex. in quibuſdam ſuis tractatibus: ⁊ ſuper hoc fundauit Auicen. ſuam declarationem de prio ꝑncipio eſſe ſine declaratione eius quod eſt motuz eternuz eſſe: ⁊ eſt declaratio fundata ſup ꝓpōnes inſtabiles ſicut tu vides.

¶ Sententia huius partis ſtat in hoc: inducit Auerrois hanc conſequentiā: celum recipit mouere in infinitum ergo celum eſt corpus ſimplex: que quidez tenet hoc fundamento: omne corpus cōpoſituz ex materia in potentia ⁊ forma eſt finite receptionis: ſicut eſt finite motionis in aliud. Et ſi queras: quid mouetur apud Auerroim: nūquid animal celeſte: an orbis ſubiectus intelligentijs: dico animal celeſte moueri eſſe quantuz: intelligere: ⁊ quando eſt forma nō cauſata a ſubiecto non oportet accidentia materie cōicari forme: licet cōicentur compoſito: ⁊ hac ratione fateor animal celeſte moueri: eſſe quantuz: intelligere: orbis autē mouetur ⁊ eſt quantus: intelligentia neqꝫ mouetur: neqꝫ eſt quanta: ſed intelligit: vnde ſolum forma mouetur per accidens proprie que eſt ꝯſtituta ineſſe per ſubiectū: primo de aīa. 65. appellat autem Auerrois celū ſimplex: quia caret materia in potentia: non quin ſit conſtitutum ex actu ⁊ potentia. Contra: ſi totum celū mouetur: nō tantū orbis: ergo quelibet pars: nihil enim aliud eſt totum ꝗ̄ ſue partes: primo phyſicoruz. 17. 2. de anima. 10. ergo intelligētia mouetur: cum celum ſit compoſitum ex intelligentia ⁊ orbe. Solutio eſt: ſi totū celū mouetur: quelibet pars quātitatiua mouetur: non tamē quelibet pars eſſentialis. ¶ Amplius: Auicēna vltra intelligentiā poſuit in celo animā ſenſitiuā cuius officiuz erat noſcere circulationes particulares quas intelligentia agnoſcere non poterat: ⁊ quia voluit materiam celi ⁊ ſublunariū eiuſdem eſſe rationis fecit celum corruptibile poſitiue perpetuari ab intelligētia. Credidit etiam methaphyſicum via methaphyſicali hēre poteſtatez ꝓbandi intelligentias eſſe. Auerrois aūt nō ponit in Celo ſenſum: ſufficit. n. ꝙ mouens propter finem cognoſcat finē principalē propter quē mouet: quāuis non cognoſcat finem ſecundariū neceſſario ⁊ naturaliter ſequentē cognitionē finis primarij: fecit ēt Auerrois materiā celi ⁊ ſublunariū alterius rationis: ⁊ arbitratur ſola via naturali poſſe probari ſubſtātias abſtractas eſſe: vt dixi anno ſuperiori primo phyſicorum. 83.

¶ Sed eſt queſtio de hoc quod dicit Ariſt. in libro de ce. ⁊ mū. ſ. ꝙ virtutes corporuz celeſtium ſunt finite actionis: q2 corpora celeſtia ſunt finite quantitatis: ⁊ ex hac propoſitione declarauit ꝙ corpora celeſtia ſunt finite quantitatis: ⁊ dedit cauſam in hoc ꝙ corporum celeſtium quedam mouent vnaz ſtellam quedam plures ⁊ dixit ꝙ ſi ſtelle q ſunt in orbe ſtellaruz fixarum eſſent minores aut maiores nō poſſent mouere eas vniuerſaliter: ⁊ declarauit illic vniuerſaliter ꝙ ſi virtutes que ſunt in corporibus celeſtibus eſſent in calefacere ⁊ mouere vniuerſaliter infinite mouerēt corpora que ſunt apud nos in inſtāti: ⁊ hoc facit exiſtimare ꝙ in corporibus celeſtibus ſunt virtutes actiue finite: ⁊ ad hoc dicamus breuiter ꝙ infinitum dicitur duobus modis. Quoruz vnus ē virtus infinite actionis ⁊ paſſionis in tempore ⁊ ē finita in ſe. ſ. in velocitate ⁊ vigore. Secūdus ē virtꝰ infinite actionis ⁊ paſſionis in ſe: virtus aūt infinita in actione ſua aut paſſione nō exiſtit in corpore ſiue fuerit celeſte ſiue generabile

⁊ corruptibile:



⁊ corruptibile: hoc enim non accidit corpori niſi ſm̄ ꝙ eſt corpus infinitum. ⁊ ideo orbes mouent ⁊ mouētur in tempore: virtutes vero infinite in actione ⁊ paſſione in tempore eſſe neceſſariū eſt in corporibꝰ celeſtibꝰ. paſſiōe āt q2 corpa celeſtia ſunt ſimplicia: actiōe vo: q2 ſue forme nō conſtituuntur per ſuum ſubiectum: ⁊ vtrūqꝫ eſt impoſſibile in corporibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: q2 ſunt compoſita ex materia ⁊ forma. Infinitū igitur eſſe in vigore cuius cā ſit corpus ſm̄ ꝙ eſt corpus impoſſibile eſt in corporibꝰ ſiue celeſtibus ſiue alijs infinitum eſſe. Infinituz vero in tēpore eſt neceſſe eſſe in corporibus celeſtibꝰ ex diuerſitate motoris: ⁊ moti ī eis a corporibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: ⁊ eſt impoſſibile in corporibus generabilibus ⁊ corruptibilibꝰ: quare virtutes eorum motiue ſunt materiales ⁊ corpora ſua q̄ mouent̄ ab eis componunt̄ ex mā ⁊ forma. Corpora igitur celeſtia ⁊ generabilia ⁊ corruptibilia ꝯueniunt in hoc ꝙ actio ⁊ paſſio exiſtens in eis ſunt finite in ſe ⁊ per hoc mouētur in tempore ⁊ quedaz ſunt velociora quibuſdam cum hoc ꝙ virtutes eorum motiue non ſunt materiales quia recipiunt ex modo illo receptionē finitam in tempore non receptione infinita: ⁊ non ſequitur ex hoc ꝙ in corpe celeſti eſt virtus finita in ipſa actione ⁊ paſſione: vt in eo ſit virtus finita in tpe nec ſequit̄ ex hoc ꝙ ſit virtus finite actiōis ⁊ paſſionis vt ſit corpꝰ poſſibile vt corrūpat̄ aut vt ſit cōpoſitum ex materia ⁊ forma. Poſſibilitas enim non debet eſſe niſi ex hoc ꝙ virtus finita in tempore ſit ⁊ ſit cōpoſitum: ⁊ eſt manifeſtum ꝙ ſi poſuerimus corpus celeſte cōponi ex materia ⁊ forma ſequitur in ipſo eſſe virtutem finite actionis ⁊ paſſionis in tempore. Et eſt manifeſtum ꝙ ſi in corpore compoſito ex materia ⁊ forma eſſꝫ virtus infinita in tempore ſequeretur in ipſo eē virtutez infinitā in ipſa actione aut paſſione ⁊ eſt impoſſibile quod Ari. intulit ex poſſe virtutum quibus mouētur corpora celeſtia in tempore. Et eſt manifeſtum ꝙ non ſequitur etiam ex hoc ꝙ corpus recipit paſſionem finitaz in ſe non in tempore aut recipit actionē finitā ī ſe non in tpe aut recipit actionem finitam in ſe infinitam in tempore vt ſit compoſitū materia ⁊ forma: ſicut ſequitur hic ꝙ actio ⁊ paſſio eius fuerit finita in tempore. Primuz. n. contingit ei ſm̄ ꝙ eſt corpus tantum. Scōm autem ſm̄ ꝙ eſt corpus eſt compoſitū. Modus ergo deceptionis in hac queſtione ē ꝙ fecit Ariſto. putari contradicere ſibi eſt equiuocatio iſtorum duorum nominū finitum: ⁊ infinitū qm̄ cum nō diſtinguit̄ finitas ⁊ infinitas contingētes in tempore a finitate ⁊ infinitate contingentibus ex actione ⁊ paſſiōe contingit iſta ambiguitas: ⁊ ex hac finitate in qua conueniunt corpora celeſtia ⁊ materialia declarauit Ariſto. vniuerſaliter corpꝰ omne eſſe finitū nō ex finitate accidentis corpori ex hoc ꝙ ē ex materia ⁊ forma ⁊ ex hoc abſcinduntur dubitationes contra Ariſto. ⁊ poteſt aliquis dicē ꝙ cuz omne corpus agit per aliquid ⁊ patitur per aliud. neceſſe ē vt omne corpus ſit compoſitū ex materia ⁊ forma: ⁊ ad hoc dicamus h̄ eſſe verum. ſ. ꝙ corporum quoddam ē compoſituz ita ꝙ forma non conſtituitur per materiam: ⁊ ita ꝙ materia ē ſubiectum tantum ⁊ non materia cuius eſſe ſit in potentia ſcilicet corpus celeſte: ⁊ quoddam eſt compoſitum ex materia que ē in potentia: ⁊ forma que conſtituitur ꝑ materiaz. ſ. corpora generabilia ⁊ corruptibilia: ⁊ ex hoc videtur ꝙ corpus dicitur de eis equiuoce: ⁊ ꝙ eternum ⁊ nō eternum non cōicant in aliquo omnino: ⁊ ex hoc apparet etiam ꝙ corpus celeſte nō datur ei ſubiectum niſi ꝑꝑ motum localem tantum: corporibus autem generabilibus ⁊ corruptibilibus datur materia propter generationem ⁊ corruptionez: forma autem datur eis propter actionem: ſꝫ differunt quia in altero eſt infinita in tempore ⁊ in altero finita: ⁊ ideo illa ſunt non materialia: ⁊ iſta ſunt materialia: ſm̄ h̄ igit̄ debet intelligi hec queſtio quaz ignoraui diu ante lōgam perſcrutationem.

¶ Sētētia huius partis ſtat in hoc: corpori vt corpꝰ contingit virtus finiti vigoris: at corpori vt conſtitutum eſt ex materia in potentia ⁊ forma contingit finitas temporis ⁊ vigoris: corpori celeſti vt celeſte eſt conceditur finitas vigoris ⁊ infinitas durationis: ⁊ naſcitur tanta diuerſitas ob hoc: quia materia corporum ſubceleſtium tranſmutabilis ē de vna forma in aliam formam: materia autem celi cū ſupra nullā formaz cauſalitatē habeat: non eſt variabilis de vna forma in aliam formam: ex orbe ergo ⁊ intelligētia conſtituitur celum: ⁊ quo celum mouet eſt intelligentia: quo mouetur eſt orbis ſubiectus intelligentie: cōponuntur autem corpora ex materia in potētia ⁊ forma cauſata a materia: quāobrē finite exiſtūt durationis.

Eſt primo conſiderandū:corpora celeſtia ſunt fini te quātitatis ergo virtutes celeſtes ſunt fini te:eſt.n.determinata proportio ⁊ finita mouentis ad motum:quia non eſt hoc ex fatigatione:vnde dimē ſio celi finita concomitat intelligentiā finiti vigoris: ⁊ infinite durationis:⁊ eſt intelligentie ad celū pro portio indiuiſibilis:⁊ ex parte intelligentie que peni tus liberata eſt a celo:⁊ merito corporis moti:cui ſi aliquid addatur:vel ſi ab ipſo aliquid auferatur:nō mouebitur celum.

**Rurſus** ſciendū:non inuenitur virtus infi niti vigoris:q̄ illa moueret in inſtan ti ⁊ mobile ſuū eſſet infinitum:in celo ſunt virtutes infinite in duratione ⁊ actiue ⁊ paſſiue: cū careat ce lum materia in potētia ⁊ forma educta: corpora ſub celeſtia agunt ⁊ patiūtur finito ⁊ limitato tempore: cum ſint cōpoſita ex mā in potentia ⁊ forma educta: naſcitur.n.poſſibilitas ex virtute finiti temporis ⁊ materia in potētia:quibus qdem carent corpora ce leſtia:vnde corpori vt corpus cōuenit habere poten tiam finiti vigoris: cōpoſito ex materia in potentia ⁊ forma educta attribuitur finitas tpis ⁊ vigoris.

**Iterum** notandum. Celum eſſe compoſitū ex orbe ⁊ forma nō educta:cū ſit ce lum cōſtitutū ex duabus naturis:quarū vna eſt reci piens motuz:altera eſt agens motuz. Contra omne cōpoſitū eſt nouū.12. methaphyſice.39.celum nō eſt nouū:ergo. Dico celū eſſe nouum nouitate acci dentali:nō nouitate que ſtat in vnione componibi lium.8.phyſicorū.15.celum eſt eternū quantū ad ſubſtantiā:corruptibile vero quantū ad vbi. Uel di co:omne compoſitū eſſe nouum.i.dependens a ſuis partibus. Quare ⁊c.

## ¶ Caput Quartū de ſubſtātia orbis.

CUm declaratum eſt ab Ariſto.q̄ motus celi ē primus motus:⁊ ex hoc fuit declaratū q̄ mot⁹ eſt in mo to:ſequitur ex hoc vt hoc qd̄ mouetur h̄ motu fit eternū. Si enim eſſ generabile ⁊ corruptibile:tūc motus eius nō eſſ primus motus:⁊ cū cō ſiderauit res poſſibiles in motu eius ⁊ quie te fuit neceſſe etiam ꝑpter hoc q̄ motus ei⁹ eſſet motus primus ante omnem motū aliū vt motus eius ſit eternus. Et cuz declarauit iſta.ſcilicet hoc corpus eē eternum ⁊ motuz perſcrutabatur primo d̄ motu celi ⁊ inuenit iſtum motum a virtute neq̄ graui neq̄ leui ⁊ quia omnis virtus grauis aut leuis exiſtit in corpore generabili ⁊ corruptibili ⁊ in na tura generabili ⁊ corruptibili:aut anima ſi fuerit cum hac natura neceſſe fuit vt h̄ vir tus que neq̄ leuis neq̄ grauis ſit in corpo re ſimplici:⁊ ipſam non habere ſubiectum aut contrarium:⁊ vt ſit anima neceſſario nō admixta materie ſed anima corporis eterni: ita vt iſta anima non ſit abſtracta a corpore ſuo ⁊ cum hoc ſeparata ab ipſo inquantum iſtud corpus non indiget ipſa:quia ē perma nens per ſe:ſicut eſt diſpoſitio de animabus que ſunt cuz virtutibus naturalibus.⁊ vt il la anima ſit in eo:nam omne motū ex ſe mo uetur per virtutem exiſtentē in eo.Et cū con ſiderauit in iſtis virtutibus declaratum fuit ipſi ipſam eſſe virtutem appetitiuā de virtu tibus anime tantum.Et cum conſiderauit d̄ iſtis virtutibus appetitiuis celeſtibus inue nit eas moueri ad appetibile nobilius ipſis. Et cum conſiderauit in virtutibus appetiti uis celeſtibus inuenit eas eſſe finitarum po tentiarum.Et cum conſiderauerit in ꝯtinua tione motus eorum fuit declaratum q̄ cauſa continuationis motus earum nō ē iſta virt⁹ qua mouetur:ſed illud quod largitur eis cō tinuationem ē aliquid appetibile:quia conti nuatio non prouenit niſi a motore nō moto: ſequitur q̄ iſtud mouens: neq̄ ē corp⁹ neq̄ potētia in corpore:⁊ q̄ eſt intelligētia abſtra cta:qd̄ etiaz declaratum ē in libro de anima: ſcilicet q̄ omne qd̄ eſt tale:eſt intelligētia ab ſtracta:⁊ q̄ iſtud corpus celeſte intelligit hāc intelligentiam.

¶ Agit in preſenti capitulo Auerrois de intelligen tijs vt motrices ſunt animaliū celeſtium:⁊ i primis proponit hanc conſequentiā:ſi celum eſſet generabi le:motus eius non eſſet primus motus:que ideo te net:quia celum precederet alius motus:motus ſcili cet quo generaretur celum:ſicut.n.motus nouus ex poſcit ⁊ mobile ⁊ motorem noua: ita deſtructionem motus nouam ſequitur temporaneus mobilis ⁊ mo toris interitus.8.phyſicoꝝ.12.

**Item** oſtendit Cōmentator motū celi eſſe a vir tute nec graui:nec leui:nec ab anima cō iuncta grauitati aut leuitati:⁊ ſentit intelligentiā nō eſſe abſtractam:vt eſt anima:quia rationez anime cō ſequitur potius appropriatio q̄ȝ abſtractio:⁊ hec eſt cauſa q̄ dixi.2.de anima.21.intellectus nō eſt anima vt eſt abſtractus: ⁊.2.celi.3.dicitur rationem anime mediam eſſe inter formam abſtractā ⁊ formam omni no materialem:vnde affirmande ſunt iſte propoſitio nes in ſcola Cōmentatoris. Intelligentia non ē ab ſtracta a celo. Intelligentia ē ſeparata a celo. Celum eſt permanens per ſe. Celū indiget intelligentia dā te ſibi permanentiaz eternam:que ideo ſunt vere:q̄ intelligentia dat eſſe celo:⁊ nō eſt educta:⁊ materia in potentia nō eſt pars celi. Inſuper vult Auerrois intelligentias medias quantum eſt de ſe nō facē mo tum eternum:ſed eſt prima intelligentia que perpe tuat motum:intelligentie.n.vt mouentes ſunt pro pter finem intranſmutabilē:eterne mouent:⁊ prima intelligētia



ītelligētia q̄ten⁹ efficit motū d̄ſiderat ſeipſaz vt finis ē mot⁹:⁊ ita pria ītelligētia vt finis vltimus oium ē cā eternitatis mot⁹:⁊ mundi:⁊ ex his formeſ hec rō:ītelligētia ſcda dat ſuo motui velocitatē:ꝓducit q̄ȝ.imediate motū circlarē cui motui pria ītelligētia dat cōditōes mot⁹ appropriati prie:ſȝ tales ꝯditio nes ſunt eternitas ſeu cōtinuatio:⁊ eē ab oriēte per meridiē:ḡ mot⁹ imediate ꝓduct⁹ ab ītelligētia ſcda ē ab oriēte p meridiē. Cōtra:ītelligētie medie ſūt fini taꝝ potētiaꝝ: appetibile ab ipis īfinite potētie:tale appetibile ē de⁹:ḡ de⁹ erit īfiniti vigoꝛ]: Itē ꝯtinua tio mot⁹ ꝓuenit a motore nō moto:ſȝ ītelligētia me dia mouet nō mota:vt ē ītelligētia media:q̄ vt ſic n̄ ē ꝯſtituta ieſſe p celū:⁊ ſibi corrn̄det mobile eternū: ḡ. Solutio ē:ītelligētie medie vt ſunt mouētes ꝑꝑ finē:pn̄t reſpicē finē trāſmutabilē: iō q̄ȝtū ē ex ſe:n̄ mouerēt eterno tpe:vt ītelligētie ſunt ⁊ reſpiciētes finē itrāſmutabilē eterne mouēt: ē itaq̄ȝ de⁹ ꝑꝑ ſuaz īdepēdētiā q ſempiternū motū facit:vbi nāq̄ȝ theo logi deū faciūt īfiniti vigoꝛ]. Peripatetici ipm īde pēdētez ſimplr arbitranſ:q̄ꝛ ꝯcludo q̄ mot⁹ celi q̄te n⁹ pēdet ab ītelligētia efficiēte ⁊ aia ē finitus:vt pen det a prio fine oiuȝ motuū celeſtiū vlī:fine dico eter no ⁊ ītrāſmutabili mot⁹ an̄ retroq̄ȝ eſt ſempitern⁹: ⁊ cū dicit Cōmē.corp⁹ celeſte ītelligē hāc ītelligētiā: ſequiſ q̄ veri⁹ dicim⁹ celū ītelligē ⁊ amare q̄ȝ ītelligē tias amare ⁊ ītelligere.

¶ Et conſiderauit etiam de cauſa eternita tis celi ⁊ declarauit in vltimo primi ce.⁊ mū di in eo non exiſtere potentiam omnino: ⁊ declarauit ēt d̄ virtute qua moueſ celū loca liter.ſ.aīa appetitiua ipſaz nō hr̄e materiaz niſi materiam que ē in potētia in loco tantū. Cū igiſ ſciuit has tres cās cōpleuit ſciētiaz de celo:⁊ eſt declaratū ex hoc toto qd̄ dixit ī primo ce.⁊ mun.ſ. q̄ ſi in celo eſſent plures ſtelle aut maiores ceſſarēt motus ei⁹ aut mi nores:⁊ ſic ceſſaret cōtinuatio motus:mot⁹ enim ē neceſſari⁹ in cōtinuatiōe:⁊ fuit decla ratum in oīb⁹ iſtis q̄ dator cōtinuatōis mo tus eſt dator mot⁹ celi:⁊ niſi ipſe eēt deſtrue retur motus: ⁊ ſic motus ⁊ celū: celum.n.ē ꝑpter motū ſuū:⁊ ſi motus celi d̄ſtrueretur motus entiū inferiorū deſtrueref:⁊ ſic mun dus:ex quo verificaſ q̄ dator cōtinuationis motui ē dator eē oībus alijs entib⁹. Demō ſtratio aūt qua vſus ē in vltimo octaui phy ſicorū.ſ.q̄ virtus infinita nō exiſtit in corpe finito:ſiue fuerit materialis:ſiue nō plures induxit ad errorem: ⁊ multotiēs locuti fui mus de diſſolutiōe q̄nis cōtingētis in ea: ⁊ ſilr̄ locuti fuimus de hoc quod ꝯtingit ex hoc:q̄ primū motuȝ ex ſe ⁊ ex alio eſt motū p accidēs p naturā motoris ſui:⁊ hoc inten dimus declarare:⁊ ē māifeſtū q̄ qui deſtru xit ſcientiā cauſarum illorū triū queſitorum q̄ non complebiſ in eo ſciētia celi.

¶ Sententia huius partis quibuſdaz explicef docu mentis:primū ſit tale:celum nō h̄ȝ materiā ex cuius potentia educanſ forme:⁊ diciſ anima celi nō habē materiā niſi materiā que eſt in potentia in loco tm̄: quia nō conſtituiſ ineſſe per celum:nō quia non det eſſe:ex intelligentia enim ⁊ orbe fit verius vnuȝ q̄ȝ ex materia ⁊ forma educta,2.celi.3.ſȝ corpus ſublu nare eſt vnuȝ per eſſentiā:ergo ⁊ celum:cum verius ſit vnuȝ id qd̄ eſt vnū per eſſentiā quā id qd̄ eſt vnū per aſſiſtentiā. Contra:Deus eēt pars celi eſſentia lis ergo imꝑfectioꝛ toto. Dico partē formalez preſtā tiorem eſſe toto.2.de aīa.7.⁊ forma vocaſ imꝑfecta que eſt educta ⁊ cauſata a mā:ꝑꝑ ergo dare eſſe ⁊ in formare vilitas ⁊ imꝑfectio nō danſ alicui forme.

**Secundum** documētū:cuȝ finita ⁊ deter minata ꝓportio ſit mouētis ad motū:ſi in celo eſſent plures ſtelle: aut maiores: celum tardaret motū ſuū:aut quieſceret.2.celi.71. eſt nāq̄ȝ ꝓportio intelligētie ad orbem indiuiſibilis. Inuentis ergo ⁊ declaratis tribus cauſis celi:mate ria ſcilȝ celi:forma ⁊ fine cōpleta fuit ſciētia de celo. Contra.4.celi primo,res eterne nō habēt niſi duas cauſas:hic aſſeriſ celum habere tres:ergo. Dico ce lum nō habere mām in potētia:que ſolet appropria te loquendo appellari cauſa materialis: cuius q̄deȝ cauſalitas cōſiſtit in recipiēdo oēs formas ſubcele ſtes ſm̄ eē reale:habebit ergo dūtaxat cauſaz forma lem ⁊ finalem:in preſenti capitulo enumeratur ma teria celi de numero cauſarū:que eſt pars celi defer rens intelligentiam.

**Tertium** documentū eſt: dare eſſe trib⁹ mo dis ſumiſ. Prio mō effectiue. Se cundo modo formaliter veluti forma diciſ dare eſſe cōpoſito. Tertio modo finaliter:⁊ ita audiſ in ꝓpo ſito. Deus dat eē oīs alijs entib⁹:q̄ꝛ celuȝ ⁊ natura dependet a deo in genē cauſe finalis.12.methaphy ſice.38.⁊ ceſſante motu celi:oīa ruerent:q̄ꝛ res mate riales pendent a celo quo ad ſuū generari: ꝯſeruari ⁊ operari. Contra:celum agit motu ⁊ lumine:ſi ſup ponatur celuȝ quieſcere adhuc aget in hec īferiora lumine. Dico q̄ ceſſante motu celi non inueniretur dyaphanū receptiuū luminis:maximā.n.in reb⁹ po nunt Peripatetici concatenationē.ſi.n. nō plueret: rueret mūdus.2.phyſicoꝝ.77.

**Poſtremo** aduertenduȝ:nulla virtus in finita potuit eſſe in magnitu dine:quin ipſa eſſet infiniti vigoris:⁊ moueret ī in ſtanti:iccirco intelligētie finiti exiſtunt vigoris:⁊ in finite duratōis:cū ſint extra magnitudinē: at ſi eēnt in magnitudine ⁊ infinite duratiōis:eēnt quoq̄ȝ in finiti vigoris:vt ꝑcedenti capitulo declaratū eſt.

## ¶ Caput Quintū de ſubſtātia orbis.

PErſcrutanduȝ eſt de hoc q̄ dicūt q̄ corp⁹ cele ſte eſt ſimplex ⁊ ē ſpirituale. Intēdūt eniȝ in ipſo eſſe di menſiones nō in materia:⁊ ideo nō recipit alterationeȝ

in qualitatibꝰ: neqꝫ in ſubſtātia: ⁊ ē ſicut dixit Themiſtiꝰ ꝙ ſol ⁊ luna ⁊ alie ſtelle aut ſunt forme: ideſt dimenſiones non in materia.i. corpora ſpiritualia: aut habēt materiā equiuoce cum iſtis materijs. Nullus autē dubitat in hoc ꝙ ſunt corpa que mouent̄: ⁊ etiā nullus dubitat ꝙ corpora nō recipiunt alteratōeꝫ ⁊ trāſmutatōeꝫ in ſubſtātia niſi q: ſunt in materia: ⁊ ideo inuenit̄ in eis plus q̄ꝫ vnū numero: ⁊ ſunt ſpēs: ⁊ gnā: corpora igit̄ celeſtia ſunt corpa abſoluta a materia.

¶ Preſens caplm̄ quibuſdaꝫ abſoluat̄ notandis: in primis ſciēduꝫ corpus celeſte eſſe ſimplex ⁊ ſpūale: q: eſt abſtractū a materia prima ⁊ ſm eſſe ⁊ ſm diffinitionē: ⁊ q: corpora celeſtia nō ſunt mālia nō ſunt eiuſdeꝫ ſpeciei vniuoce ſed analogice: veluti de intelligentijs dictū eſt. p̄io ꝺ aīa. 8. ⁊ eſt hec ſentētia Auerrois. 2. celi. 49. Contra: oēs celi eadē figura figurant̄: q: ſperica: eodē motu mouent̄: q: circulari: eodeꝫ loco locant̄: q: centro: ergo oēs celi ſunt eiuſdem nature inter ſe. Dico p̄io figura mathematice ſumpta eſt eiuſdem rōnis: nō aūt ſi naturalr̄ ſumat̄. Dico ſecūdo: motus valde ſimiles īueniunt̄ in aīalibus diuerſaꝝ naturarū. Dico tertio: centrū ē a quo celi recedunt vnū ad maiorē diſtantiā altero: ⁊ hoc ſufficit ad diuerſitatē ſubſtantialeꝫ eoꝝ.

¶ Sꝫ tñ fuit dubiū ꝺ eis vtrū habeāt materiā per potentiā que eſt in eis in vbi. Ois enim potentia exiſtit in materia: ſed forte videt̄ ꝙ iſta materia hꝫ eſſe mediuꝫ inter materiaꝫ que eſt oīo in potētia: ⁊ inter actuꝫ purum. ſ. tres dimēſiones in q̄bus nō eſt potētia oīo: ⁊ ſic potētia habebit gradus ⁊ materia gradus: ⁊ per hāc potentiā indigent corpora celeſtia motore in quo nō ē potētia oīo.

**Rurſus** cōſiderāduꝫ: mā in actu ē mediū inter mām que eſt oīo in potētia ⁊ puruꝫ actū. ſ. tres dimēſiones: que ſunt purus actꝰ via imperfectōis: ꝓpinquꝰ materie: mā tñ in actu ñ eſt forma: dicēte Cōmētatore. 9. methaphyſice. 17. potentia ad vbi nihil ꝓhibet vt ſit mā: ſed īpoſſibile ē vt ſit forma: ⁊ colligit̄ hic mām celi nō eſſe puraꝫ potentiaꝫ. Contra: dimēſio ē actus purus ergo ex ipa ⁊ mā fiet vnuꝫ cōpſituꝫ cōpoſitione accidētali: cōtra id qꝺ ſupius approbatū eſt. Dico dimēſionē terminataꝫ eſſe actū purū: de qua habet̄ hic ſermo: vel dimenſio interminata dicit̄ actus: q: nō ē potētia receptiua forme ſubſtātialis: vt facit materia celi ⁊ materia ſublunariū: talis tamen actus nō eſt idoneus ad faciendum cōpoſitionē aliquam.

¶ Ioānes aūt dedit qōnem de qua plures ꝯſiderātes nō potuerūt euadere. Dixit eniꝫ ſi mūdus eſt finitus dꝫ habere potētiaꝫ finitam: ergo ē generabilis ⁊ corruptibilis. Et ad hoc dicēduꝫ eſt ꝙ generatio ⁊ corruptio ⁊ oīs motus eſt a virtute que ē habitꝰ: ⁊ oē qꝺ caret cauſis motꝰ neceſſe ē habere qeteꝫ que ē eiꝰ priuatio: ⁊ non ē īpoſſibile exiſtere in corpore finito qꝺ caret motu qetem infinitam: lꝫ corpus ſit finitū: quies eniꝫ eſt priuatio: ⁊ priuatio nō ē potētia. Vñ dicit Ariſto. ꝙ cū ſtelle carent cauſis motꝰ quas habent corpora celeſtia de neceſſitate habent qeteꝫ infinitam que eſt priuatio motus. ⁊ ſimiliter dicit ꝙ terra debet hēre quietē infinitam q̄ ē priuatio motus: q: caret agente motū in ea īfinitum. Et iō dicit ꝙ quies que eſt in ea cōtigit neceſſario vt ſit fortior virtute celi qua mouet̄. Motus.n. ſuper ipſam eſt: motꝰ eiꝫ īpoſſibilis eſt in eo qꝺ eſt quieſcens cū careat cauſis motus: ⁊ hoc manifeſtū ē ꝑ ſe. In celo igit̄ eſt priuatio infinita lꝫ ſit finitū cum quies ſit priuatio nō virtus ſicut exiſtimauerant qui dixerūt ꝙ quies eſt in eo per virtutem imo neceſſario eſt ꝑ priuatiōeꝫ virtutis ⁊ iō videmus loquentes in hac qōe dicere vtrū ꝑmanens ꝑmanere ꝑ ſe: aut ꝑ diſpōeꝫ additā illi: ⁊ eſt ꝑmanentiū ꝑ ſe: q: ꝑmanentia eſt priuatio motus: ⁊ priuatio nō accidit ei niſi q: caret agēte motū: ⁊ ſcias ꝙ hec qō ē valde bona: ⁊ ſic cōſumatus ē libellus de ſubſtantia orbis.

**Iterum** aduertēdū: celū ē finitū ꝗ nō poterit ꝑpetuo durare: q: in corpe finito nō pōt eē potētia īfinita nec actiua nec paſſiua. Rō eſt Auer. 12. methaphyſice. 41. 8. phyſicoꝝ. 79. Solutō eſt: potētia corpis finiti poſitiua finita eſt: ſed potentia priuatiua nō: terra hꝫ potētiā priuatiuā ad ſemꝑ qeſcēdū pp abſentiā potētis mouere eā: ⁊ eē mediū motꝰ circular] ē cā ꝯſeruās qetē terre. 2. celi. 102. potētia itaqꝫ celi ad nō corrūpi priuatiua ē pp defectū cauſarum corruptionis: materie. ſ. in potentia ⁊ contrarietatis formarū: ⁊ potentia totius poſitiua maior eſt potētia partis: priuatiua non: ⁊ appellat hic Auer. intelligētias priuationes virtutū: q: nō ſunt educte de potētia materie. Et ſtelle q: nō hñt motuꝫ ꝓpriū habent qetē infinitā que eſt priuatio motus: in terra ergo eſt quies eterna: q: ipſa nō mouet̄ motu locali. In ſtellis eſt quies infinita: q: nō habent motū ꝓprium. In celo eſt quies infinita: q: non habet in ſe cās generationis ⁊ corruptionis. Contra ſtella non poteſt moueri motu ꝓprio ergo non quieſcit. Similiter terra non pōt moueri ergo non quieſcit: q: quieſcens nō mouet̄ in tēpore in quo pōt moueri. Solutio eſt: ſtelle inquantū quieſcēti motuꝫ poteſt ineſſe: ⁊ nō inquantū eſt tale quieſcēs: ſimiliter ꝺ terra dicat̄. Totus itaqꝫ pñs tractatus in his duabus conſiſtit propoſitionibꝰ. Prima eſt: materia celi non eſt tranſmutabilis de vna forma in aliā formaꝫ: cuius ratio eſt: q: talis materia ſupra nullā formam inuenit̄ habere cauſalitatē: ⁊ hec eſt cā ꝙ in celo: talis ordo reperitur: itelligētia: materia celi: quātitas celi. Scḋa propoſitio ē: materia corpoꝝ ſubceleſtiū tranſmutabilis eſt de vna forma ſubſtātiali in aliaꝫ: cuius ratio eſt: q: talis materia ſemper inuenit̄ ſtare ſub



**Sententia.** 23. 24. ſtat in hoc: alteratio differt a generatione: ex parte ſubiecti: terminorum a quibus: ⁊ ad quos: eſt nāqꝫ alteratio quando eadem ante tranſmutationē ⁊ poſt ſm ſubſtantiam manens res naturalis: ī extremis ad inuicem contrarijs aut medijs tranſmutatur paſſionibus: generatio autem eſt mutatio totius in totuꝫ nullo ſenſibili totoqꝫ compoſito: vt denominatiōis ſubiecto manente eodem ante tranſmutationem ⁊ poſt. At ſi in genito ⁊ corrupto eadem numero paſſio maneat: ſm illam non eſt facta alteratio: ſi vero mutatio fiat nullo ſenſibili manente eodeꝫ: erit talis mutatio generatio: ⁊ cum ſm paſſionem fiat mutatio: ibi non erit generatio: ſed augmētatio: diminutio: alteratio: aut loci mutatio: ⁊ ſubiectum generationis primum materia eſt ſuſcipiens formam que acquiritur: alijs vero tranſmutationibus materia aliquo modo ē ſubiectū: quaꝝ qdē ſubiectū ꝑimū eſt ꝯpoſitū ex mā ⁊ forma: ⁊ nō mā ſola.

**Auerrois** primo dicit: vtrunqꝫ iſtoꝝ ē trāſmutatio ⁊ habet ſubiectum: ⁊ cōtraria: proprie. ſ. vel cōmuniter: ⁊ accidentia in ſubiecto: qualitates videlicet ad quas non eſt per ſe motus: vnde requirit vnaqueuis mutatio ſubiectū: cuꝫ ſit mutari rem aliter ſe habere nunc ꝗ prius. Item non eſſe producti debet precedere eſſe producti tempore. Iteruꝫ in vtraqꝫ factione potentia precedit eē. Et id ex quo ē factio: ⁊ ad qꝺ eſt ſunt ꝯtraria. i. terminus a quo ⁊ terminus ad quē cuiuſcunqꝫ mutationis ſunt ſeinuicem pugnantes.

**Amplius** inquit: differunt in ſubiecto ⁊ in eo qꝺ eſt in ſubiecto: nam mutationis ſubſtantialis ſubiectuꝫ eſt materia prima: mutationis vero accidentalis compoſitum ex materia ⁊ forma: in tranſmutatione nanqꝫ ſubſtātiali nihil actu remanet ex illo ex quo eſt tranſmutatio quod ſit ſubiectum illius rei que in eo ſit: eſſentialiter ⁊ non accidentaliter: ideſt in tranſmutatione ſubſtantiali ſubiectum eſt in potentia idem ⁊ accidentale: non idem in actu ⁊ eſſentiale: ſubiectum enim eſſentiale eſt compoſitum ex materia prima ⁊ vltima forma: compoſitum ex materia prima ⁊ quantitate eſt ſubiectum accidentale.

Iterum



**Iterū** Cōmēto. 24. ait: ⁊ dixim⁹ ꝙ neceſſe ē ī illo fixo ad q̄litatē gnātaꝫ vt illa q̄litas ſit in eo eſſentialiter: q: ſ. eſt idem ſubiectū eſſentiale: q: aut videm⁹ ꝙ in rebus gnābilibus remanet ſenſibile ideꝫ: verbi gratia vt corporeitas remanēs in aq̄ ⁊ in aere cū generant adinuicem: ⁊ dyaphaneitas ⁊ humiditas ⁊ alia accidētia que remanēt in generabilibus vident ꝙ nō ſint ſba illius qꝺ fuit in talib⁹ iſtis tranſmutationib⁹ ſubiectū ſm modū quo illud qꝺ ē in actu eſt ſubiectū in tranſmutatōe que eſt in qualitate: ⁊ cā in hoc eſt: q: illꝺ qꝺ remanet apud generatione aque ex aere eſt aliqꝺ cōtingēs ſubiecto: nō ꝙ eſt ipſuꝫ ſubiectū. i. ipſuꝫ cōpoſitū ſbale: ſed accidentaliter. i. q: eſt in ſubiecto: ⁊ ideo ſi eē alterationis in ſubiecto ſuo eſſet tale eſſe. ſ. accidētale nō ſubſtantiale: tunc alteratio eſſet generatio. ¶ Dicit Albertus: ⁊ huius Auer. aſſignat cām eſſe ꝙ illaruꝫ cōium paſſionū neutrū elemētuꝫ eſt ſubiectū eſſentiale: nec ipſe ſunt eſſentiales ſubſtātie: ſed cōtingūt vtriqꝫ ſubiecto: ſꝫ quecūqꝫ ſubiecto eſſentiale illa mutant. Ad h̄ hꝫ dubitationē: q: humor aeris eſt plus eſſentialiter ꝗ aque: ⁊ tn̄ manet cū aer mutat in aquā ⁊ econtra. Solutio eſt: vocat Auerrois eſſentiale ſubſtātie qꝺ ē eius inquātuꝫ in ſpē ⁊ forma: ⁊ non cōuenit ei rōne generis ſui: q: hoc eſt ꝓpriū ſpeciei ⁊ mutat cū ipſa: cōtingēs vero vocat qꝺ ineſt gratia generis vtriqꝫ terminoꝝ motus: q: hoc non hꝫ ꝯtriuꝫ in quod mutetur. Senſus ē: qn̄ ex aere producit aqua: perit calor p ſe: humiditas vero p viaꝫ ſequelle ⁊ p accidens: q: eſt cōpoſſibilis forme aque.

**Poſtremo** inquit: nō eſt alteratio generatio: vñ inquātuꝫ ſubiectū pmanet ei eſſentialiter cōuenit cū alijs tranſmutationib⁹ alijs a generatōe: ⁊ differt ab eis in eo in qꝺ eſt trāſmutatio. i. eſt differētia penes terminos ad quos tendunt motus: tranſmutatio aūt in ſubſtātia differt ab omnibus iſtis motib⁹ in hoc: ꝙ nihil remanet in ea qꝺ ſit ſbiectū eſſentialiter ei ī qꝺ ē trāſmutatio. i. gñatio ⁊ mot⁹ potiſſimū ſeiungunt ſubiecto: nō mēſura.

## Digreſſio.

Vt huic prime ſumme oī ex parte ſit ſatiſfactum induco nōnullas ꝓpoſitiones: que pluribus phye non paruis difficultatib⁹ ſūmopere cōducēt. Prima eſt: vni orbi ſatiſfacit vna intelligētia ſm eē reale: cui nō incōuenit plures vniri ineſſe intentionali. Secūda. n. intelligētia perficit ſm mobile ſm eſſe reale: at prima eſt ſcientia ⁊ intellectio quam hꝫ ſcda de prima: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ dicebā anno ſupiori: primo phyſicoꝝ. 38. primus orbis ⁊ maximo ⁊ minimo terminat: planete vero minimo tm̄: ⁊ rō eſt: primuꝫ orbē perficit tm̄ prima intelligētia: itaꝙ primo mobili nō cōcedit alia intelligētia: nec in eſſe reali: nec in eſſe intētionali: planetas plures intelligentie nobilitāt: vna tñ tm̄ ſm eſſe reale: inferior. n. intelligentia ſine ſuperioribus nō informat: ſed bene ſuperior abſqꝫ inferiori:

**Secunda** ꝓpoſitio talis exiſtit. In elemētis eſt tm̄ vna forma ſubſtātialis non. n. dat forma corpis materie coeterna: eſſꝫ nāqꝫ talis forma indiuiſibilis: nō recipetqꝫ mā aliā formā pter iſtā ſibi ꝓpriā. Itē ſi talis forma ſbalis erit educta: erit noua: ſi nō: erit intellect⁹: ⁊ cum valeat hec ſequella: fortes eſt hō ergo corpus: ⁊ quicquid ſit cā antecedentis: ſit ⁊ cauſa cōſequentis: eadem forma fortes erit homo ⁊ corpus: ergo diſtinctio de forma generica ⁊ ſpecifica chymerica ē ⁊ vana ñ ſatiſfaciēs peripateticis. Et cū omnis qualitas ſit a forma: i elementis fundabunt: ſubiectabunturqꝫ qualitates p ſe primo. Infero primo Corolarie: ꝙ in trāſmutatione elementi ſubſtantiali ſit reſolutio ex parte formarum ſubſtantialium vſqꝫ in primam materiaꝫ. i. nulla ſubſtantia inuenitur in elemento genito ꝗ pfuerit in elemento corrupto preter materiā primā. Infero ſecundo: ex parte qualitatū: nō quātitatis: fieri reſolutōeꝫ vſqꝫ ad materiā primam in ipſis elementis: cum. n. quantitas inſit elemētis ratione materie: qualitates vero eorum ſint a formis elementorū: pōt eadem numero quantitas permanere in genito ⁊ corrupto: minime aūt eadem qualitas in elemento genito ⁊ corrupto. Et ſi quandoqꝫ ab Ariſtotele ⁊ Auerroi dicatur eas remanere eaſdem: intelligatur eas pmanē eaſdē i. conſimiles: ē. n. hec Peripatetica conſuetudo: appellare qualitates ſimbolas cōtingentes ⁊ eas ieſſe gratia generis vtriqꝫ terminoꝝ motus: quatenus ñ habent contrarium in qꝺ mutentur: ⁊ hoc modo in habentibus ſimbolum eſt facilior tranſitus ꝗ in diſſimbolis: cū. n. vnaqueuis qualitas ſit a forma: ⁊ oīs qualitas ſit termiata: nulla qualitas ſubiectabit imediate in prima materia. Rurſus cum qualitates diſſimbole fundētur in compoſito: ergo ⁊ ſimbole: ſunt nāqꝫ eedeꝫ qualitates ſimbole ⁊ diſſimbole reſpectu diuerſorum: quia ergo quantitas omnib⁹ ſatiſfaciebat formis: ⁊ inerat compoſito ratione materie: potuit ipſa eadem numero remanere: variata dūtaxat ſm terminos in genito ⁊ corrupto: at qualitas nulla exiſtit que omnibus deſeruiat formis ⁊ que inſit compoſitio ratione materie: ideo nulla pōt eē q̄litas coeterna mãe: ⁊ que permanēt eadē numero in quouis elemento genito ⁊ corrupto.

**Tertia** ꝓpoſitio talis exiſtit. In mixtis inanimatis ſunt forme elementorum trūcate ⁊ forme ſpecifice vltimate: cum enim elementa maneant in mixto formaliter apud Auerroim: ⁊ vnūquoduis mixtum inanimatum: perfectum ⁊ imperfectum inueniatur in determinata ſpecie per determinatam formam: tertia hec ꝓpoſitio vlteriori non indigebit explanatione: ⁊ cuꝫ in talibus mixtis accidētia fundentur in compoſito ex materia ⁊ formis elementorum truncatis ſuplentibus vicem vnius ꝺterminate forme. Infero in tranſmutatione taliū mixtorum ſubſtantiali non fieri reſolutionē vſqꝫ ad mām primam: neqꝫ ex parte formaruꝫ ſubſtantialiū: neqꝫ accidentalium: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ ſolitus ſum dicē motum canis proiecti deorſum in medio deſcenſus deficientis fundari in corpore altera pte aialis.

**Quarta** ꝓpoſitio eſt: in plantis ſunt forme elementorum remiſſe ex quibus reſultat forma mixti que non eſt anima: forme eniꝫ mixtoruꝫ que ſunt non anime ſunt forme complexionales: aut atributę complexioni: at anima vegetatiua ⁊ ſenſitiua ſunt forme complexionali ſuperaddite: vñ forme mixtoꝝ inaīatoꝝ ſunt forme corporales: cauſate a cōmixtione corporali: anima vegetatiua ⁊ ſenſitiua virtutes ſunt in corpore ⁊ nō forme corporales: ſꝫ. n. aīa ſit potentia in ſemine commixto: nō tamē eſt in ſeie cauſata a cōmixtis ipſis: ſed potius ē cauſata ab aīa illi⁹ a quo ſemen decidebat. Intellectus nec eſt forma corporalis: nec virtus in corpore: ratio aūt huius ꝓpoſitionis talis exiſtit: Auer. ponit elemen

ta in quouis mixto formaſr remanere ergo: ⁊ formā ex illis reſultantē: que quidē nō eſt aīa: primo de aīa 77. aīa. n. eſt ſupra elementa in ꝯpoſito: ergo in plātis erunt forme elemētoꝝ remiſſe: ⁊ forma mixti ex illis reſultās: ⁊ aīa vegetatiua: ergo in tranſmutatione plantaꝝ ſbali nō fiet reſolutio vſqꝫ ad mām ꝑmā nec ex pte formaꝝ ſbaliuꝫ: neqꝫ accidentaliū. Cōtra: ergo planta eſſet aīata ⁊ inaīata. Solutio eſt: inferri dꝫ ergo planta ē aīata ⁊ mixta: forme. n. ex elemētis reſultātes faciūt aliqđ eē mixtū: forme complexionales ſi ſunt diſpōnes ad aīas nō faciūt mixtū eē inaīatum: at ſi ſint forme vltimate: conſtituūt mixta inaīata. Iteꝫ corruptio vnius eſt generatio alterius: ſꝫ cū hō deficit: nō inducit aliqua forma de nouo: ġ. Solutio eſt: illa propō ꝫ tm̄ in elemētis: vl' intelligiſ corruptōe cōpleta vel incōpleta: ſtatiꝫ vel nō ſtatim.

**Quinta** propoſitio eſt talis: in brutis ſunt elemēta: forma mixti: aīa ſenſitiua: ergo in trāſmutatōe eorum ſbali nō fiet reſolutio vſqꝫ ad mām primā: neqꝫ ex pte formarū ſbaliū: neqꝫ accidētaliuꝫ. Et tenēduꝫ eſt aīam ſenſitiuā ſpecificā in momēto induci nō poſt aīam vegetatiuā: neqꝫ poſt aīaꝫ ſenſitiuā gnālem: lꝫ prius appareāt opa ptinētia ad virtutē vegetatiuā ⁊ ſenſitiuā gnālem ꝙ̄ ſenſitiuam ſpecificā ⁊ vltimatā: ⁊ hec ē cā ꝙ embrio prius viuit vita plante ꝙ̄ vita ſenſitiua: non tñ eſt planta: vñ ſi ſnīa eoꝝ eſſꝫ vera q dicūt embrionē prius tpe viuere vita plantaꝝ: poſt modū i aduētu aīe ſenſitiue vegetatiuā cedere: adueniēte intellectu aīam ſenſitiuam euaneſcere: inferri cōmode pōt embrionē prius plātaꝫ: poſt aīal: mox brutū: tandē hoīeꝫ exiſtere: aīe. n. precedētes intellectū nō obſtāte ꝙ ſint ordinabiles: a ſuo tñ effectu formali ſepari nō pñt. Item abſurdū eſt cōcedere prius tpe aīam ſenſitiuā generalē educi ſenſitiua pticulari: inueniref. n. aīal: qđ nō ꝯprehenderef ſub aliqua ſpē aīalis. Exiſteret quoqꝫ vl'e abſqꝫ aliquo pticulari: nō eadeꝫ ergo gnātione generaſ aīal ⁊ equus: qꝛ prius ꝯſpiciunſ opera ſpectātia ad aīal ꝙ̄ ad equū ſub ꝓpria equi rōne.

**Sexta** propoſitio talis exiſtit. In hoīe elemēta cōperiunſ: forma mixti: aīa cogitatiua: ⁊ intellect⁹ ergo in tranſmutatōe hoīs ſbali non fit reſolutio vſqꝫ ad mām primā: neqꝫ ex pte formaruꝫ ſbaliuꝫ neqꝫ accidētaliuꝫ: eſt nāqꝫ homo aīal ⁊ ꝑ ſenſum ⁊ ꝑ intellectū: in gnātione ergo ⁊ corruptione nulluꝫ ſenſibile ſupeſt: qđ ſit vtiqꝫ ſubiectū: qꝛ nihil eſt ipſi materie rō recipiēdi formas ſbales: mā ġ ad hoc vt ipſa ſit ſubiectū generatōis nō expoſcit vt remaneat aliqđ ſenſibile: in generatōe. n. elementoꝝ nō remanet aliqđ ſenſibile: aggregatum nāqꝫ ex mā prima ⁊ quātitate interminata nō pñtaſ ſenſui neqꝫ ſenſatuꝫ ꝑ ſe dici pōt. Hec ſunt q̄ curſim ꝓ oportunitate loci ⁊ tpis vobis ꝺclarāda ꝓpoſuerā: ⁊ ita gñatōis: alteratōis conditōes hec pria ſūma manifeſte edocuit.

Summa ſecūda Primi libri de generatione.

## De augmentatiōe.

Preſenti ſumma que eſt a Textu Cōmenti. 25. vſqꝫ ad. 43. de augmēto diffuſe proſequiſ: his ꝑpōnibus. Augmentatio ab aliis motibus reipſa ⁊ genere quidem differt. Augmentatio non fit ex aliq̄ ſeparato ⁊ nō quāto. Augmētatio ⁊ gñatio ex eadeꝫ numero materia magnitudini coniuncta fiūt: ratiōe vero diuerſa. Dūtaxat corpus animatū cui aduenit cibus: augetur. Augmētatio fit ꝑm partes formales ⁊ nō materiales. Cibus viuenti qđ augetur contrarius eſt. Cibus talis ē ꝑm ſubſtantiā potētia: quale qđ creſcit ꝑm ſubſtantiā eſt actu. Sicut id qđ generatur non proprie: nec recte dicitur vniuerſale quātū aut ſingulare: ſed hoc. i. ꝑm ſubſtantiā vniuerſale aut ſingulare. Ita qđ augetur non proprie dicitur ꝓhoc ⁊ ꝑꝫ ſubſtantiam vniuerſale aut ſingulare: ſed rectius vniuerſale aut ſingulare quantū.

**Sententia.** 25. 26. ſtat in hoc. Augmētatio differt ab aliis mutationib⁹ penes terminos ad quos: ⁊ ꝑm diuerſos tranſmutādi modos: nam qđ generatur: corrūpitur: alteratur: nō oportet quoquo pacto mutare locum: ⁊ ſi mutet: hoc accidit: qđ aūt augetur aut minuitur dꝫ aliquo modo mutare locū: ⁊ ne quis crederet augmētū eſſe motū localem: incidentaliter probat augmentū nō eſſe motum rectum neqꝫ circularē: qđ. n. motu recto mouetur: omnino locum mutat: ⁊ qđ ꝑm circulum ſemper eūdem locum ſeruat: ⁊ ita nō mutant locū ptes ſphere: veluti partes aucti.

**Auerrois** dicit: nam illud mutat locum ꝑm totum: illud aūt qđ augeſ mutat locum ꝑm partem. Cōtra: quelibet pars aucti eſt aucta: infra. 33. ergo quelibet pars aucti mutat locū: ergo ⁊ totum: tenet conſequentia ꝑ Auerroim. 4. phyſicorum. 43. dicentem totum nihil aliud eſſe ꝙ̄ partium congregationē. Solutio ē: auctum mutat locū ꝑm partem. i. ratione partis: nō ꝙ totū non mutet locum: vel ꝑm partem loci: nō ꝑm totum locū: augmēto ergo acquiritur locus ſupra locū. Item ait: differt etiam a motu circulari: quāuis ambo moueantur ꝑm partes in hoc: quoniā partes moti circulariter ſemꝑ mouentur in eodem loco: partes autē augmētati mouentur in locum maiorē ⁊ que diminuūtur in minorem locuꝫ: ⁊ docebat Cōmentator. 8. phyſicorū. 76. celum manere continue in eodem loco ꝑm materiā: ⁊ eſſe in diuerſis locis ꝑm formā: ⁊ totum celum moueri ⁊ totum quieſcere: mouetur tamen per ſe: qeſcit per accidens: partes celi ⁊ ꝑm materiam mouentur: ⁊ ꝑm formam: totum celū mouetur ꝑm formā tantū: minime ꝑm materiā: hinc eſt ꝙ iſte due propoſitiōes conceduntur: prima ē: Celū ꝑm ſe totum moueſ per ſe: ſecunda: Celū ꝑm ſe totū qeſcit per accidēs: quia ꝑm ſubiectū ⁊ materiā.

**Sententia.** 27. ⁊. 28. Utrum augmentatio ⁊ diminutio fiant ex eo qđ nundum habet magnitudineꝫ ſed pōt habere: vel ex eo qđ magnitudinem habet actu: qđ ſi ex corporeo: vel illud corporeum ⁊ quantū a materia erit ſeparatum: vel materie coniunctū: vel ergo augmentatio fiet ex ſeparato exiſtēte in aliquo: vel nō exiſtente i aliquo: nō pōt affirmari ꝙ fiat ex ſeparato nō exiſtente in aliquo: nam tale ſeparatū non eſſet in loco: cū non haberet magnitudinem: ſicut neqꝫ punctum: quare nihil aliud eſſe videtur ꝙ̄ vacuum aut inſenſibile corpus: id autem ex quo aliquid augetur: in loco eſſe dꝫ: nam ex eodeꝫ aliquid augetur ⁊ generatur: ſed id ex quo aliquid generatur eſt in loco: ergo id ex quo aliquid augetur: itidem in loco eſt: ergo id ex quo aliquid augetur: minime ſeparatum ē. Neqꝫ huiuſmodi ſeparatum in aliquo exiſtit tanꝙ̄ contentū in ꝯtinente: naꝫ qđ hoc



quod hoc modo in aliquo eſt: nihil eſt illius in quo eſt: ⁊ poteſt tale ab eo ſeparari: ergo augmentatio fieret ex aliquo ſeparato non exiſtēte in aliquo. Itē ſi due māe exptes magnitudīs ſimul eſſe poſſint: pari ratione ⁊ infinite atqꝫ numero indeterminate: cū maius non attolerent: ſicut mille puncta ſimul non faciunt maius ꝙ̄ vnū: augmentatio autē ſemper eſt coniuncta generationi: ergo idē corpus naturale ex infinitis materiis ⁊ numero indeterminatis ex quibus fit augmētatio eodē tēpore ſimul generareſ: id aūt īpoſſibile eſt: ergo.

**Auerrois** dicit prīo: querendū eſt vtrū crementū corporis ſit ex aliquo corpore actu: aut potentia: ⁊ quia hoc dicitur dupliciter: a ut illud quod eſt corpus potentia erit ſeparatum a ſenſibili corpore: aut erit in corpore ſenſibili: ⁊ hoc eſt duobus modis: aut per ſe erit ſeparatū ab omni corpore ſenſibili: aut aliquid exiſtēs in aliquo ꝑm accidens: vt in vaſe continetur aqua: vt dicimus ꝙ materia eſt exiſtens in corporibus: non ſicut pars: quia ſic foret ſubiectuꝫ magnitudinis. Item ait: nullā habet differentiā illud ex quo generantur corpora ſimpliciter: ⁊ illud ex quo creſcunt: cum generatio ſit in toto: crementum autem in parte. Cōtra infra. 31. materia in augmento non ſeparatur a quantitate: in generatione ſic. Item ſubiectum generationis eſt pura potentia: augmentationis ens in actu. Solutio eſt: in augmento ⁊ generatione magnitudo eſt neceſſario coniuncta materie: in augmēto per ſe: in generatione per accidens. Conueniūt etiaꝫ in ſubiecto remoto: ratione vero propinqui differunt augmentatio ⁊ generatio. Amplius inquit: ꝑm autem accidens ꝑm quod dicimus ꝙ prima materia eſt potentia in corporibus: ſed materiaꝫ magnitudinis ⁊ corporis in cremento ⁊ generatione eſſe incluſam impoſſibile videtur: quoniam oportet ex hoc vt in corpore finito ſint infinita corpora in actu: que conſequentia tenet hoc fundamento: quia ſi materia actu includitur ⁊ ex eadem materia poſſunt in infinitum ſucceſſiue augeri ergo infinita actu ſimul: vel quia que ratione ſtant duo ſimul: ſic tria ⁊ infinita: quarto phyſicorum. 76. vnde ſtaret ꝙ ſub illa magnitudine eſſent infinite materie: cum materia ſeparata a magnitudine non occupet locum: neqꝫ alicui cedat: ergo infinite poterunt eſſe materie ex quaruꝫ qualibꝫ poterit aliquid generari pedalis quātitat'. Eſt animaduertenduꝫ ꝙ motus localis ⁊ augmētatio non ſunt inter vera contraria: neqꝫ priuatiue oppoſita: ſicut alteratio ⁊ generatio: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ fit calidum ex non calido: ⁊ homo ex non homine: augmentatio autem fit neceſſario ex materia quanta: quia materia non poteſt ſeparari a quantitate.

**Sententia.** 29. Non poteſt materia ſeparari a magnitudine: que eadem eſt ⁊ vna numero per eſſentiam reſpectu omnium corporum ſubceleſtiuꝫ: ratione autem non vna: ſed plures ob formarum multitudinem: ⁊ licet puncta: linee precedant ordine nature quantitatem corpoream: cum ſint principia: non tamen ob hoc precedunt eaꝫ in materia: imo quantitas corporea per ſe ⁊ primo in materia recipiſ: ⁊ per accidens mediāte illa recipiuntur puncta: linee: quia igitur quantitas corporea eſt coextenſa materie: ideo termini corpīs ſunt termini materie prime. Dicit Auerrois: melius ē ergo ponere ꝙ materie gnātionis ⁊ augmenti eſt pria materia quā diximus eē vnā ⁊ eandē numero: potētia aūt plura: nō ꝙ materia ſit corpus exiſtēs in corporib⁹ in actu: ⁊ cā eſt: qꝛ nō datur forma corporis coeterna materie: primo phyſicoꝝ. 63. 69. prīo capitulo de ſubſtātia orbis. Rurſus Ariſtoteles aſſerebat materiā nō eſſe puncta: neqꝫ lineas: neqꝫ ſupficies: ⁊ Cōmentator reddit cauſaꝫ: qm̄ hec non ſunt in loco: neqꝫ ꝑm ſe: neqꝫ ꝑm accidēs. Cōtra. 4. phyſicoruꝫ. 9. puncta: linee: ſuperficies ſunt in loco per accidens: ⁊ mouentur per accidens. Solutio ē: termini corporuꝫ non ſunt in loco ⁊ non mouentur per accidēs: itaꝙ quādoqꝫ poſſint eſſe in loco ⁊ moueri per ſe: ſed ſunt in loco ⁊ mouētur per accidēs: quia nunꝙ̄ per ſe. Uel dico ꝙ puncta: linee: ſuperficies vt mathematica conſideranſ rōne: non ſunt in loco ⁊ nō moueſ per ſe: neqꝫ per accidens: vt ſunt termini corporuꝫ naturalium ſunt in loco ⁊ moueſ per accidens.

**Sententia.** 30. 31. in cauſa agente ⁊ materiali eſt ſimilitudo inter generationem ⁊ augmentū: ſicut. n. generans ⁊ genitum ſunt eiuſdem ſpeciei: aut generis propinqui: aut remoti: ita augēs ⁊ auctū: faciēs. n. ptes magnitudīs ē magnitudo: ſiunt etiaꝫ augmentatio ⁊ generatio ex eadem materia numero: ratione tamen alia: ex materia cibi fit augmentatio ꝑm quantitateꝫ: ex eadē nutrito ꝑm ſubſtantiā que eſt aggeneratio: ex ea tamē vt habente magnitudineꝫ fit augmentatio: vt habēte formaꝫ ſubſtantialeꝫ fit generatio. Dicit Auerrois: quoniā ſicut illud quod generatur in actu generatur: aut eiuſdeꝫ ſpeciei: aut eiuſdem generis ꝓpinqui: aut remoti: ergo generatio cuiuſlibet forme erit ab vniuoco. Cōtra calor generatur a motu. Itē raritas producitur a calore ⁊ motu.

**Iterum** mulus nō a mulo: nec genita ex putrida materia a ſibi ſimili generanſ. Rurſus ignis nō ſemper fit ab igne. Notitia quoqꝫ concluſionis originatur a notitia premiſſaruꝫ: quas quidem notitias conſtat eſſe alterius ratiōis. Quapropter conſiderandi ſunt gradus qui in vniuoca generatione inueniūtur. Primus eſt perfectiſſimus: quando ſcilicet eſt ſimilitudo inter generans ⁊ genitum in forma ⁊ modo eſſendi forme. Secundus eſt: quando eſt ſimilitudo in forma: non in modo eſſendi forme. Tertius eſt: quando eſt ſimilitudo non ꝑm ſpecieꝫ: ſed ꝑm aliquid cōmunius. Quartus eſt: qñ eſt ſimilitudo tantū virtualis: ⁊ nullo mō formalis: hiis gradibus tolluntſ oēs ambiguitates.

**Item** ait: qm̄ faciens ptes magnitudinis eſt magnitudo. Contra: ergo magnitudo eſſet de virtutibus actiuis. Contra. 4. phyſicorum. 84. Solutio eſt: per magnitudinē intelligit habens magnitudinem. Rurſus principiū Cōmenti. 31. ita iacere debet. In cauſa autem materiali: quoniaꝫ nulla eſt materia in potentia corporis cōmunis inquantum corpus eſt genus: quoniam non eſt materia niſi iſtius corporis: ⁊ crementum non niſi generatio partiuꝫ iſtius corporis: ergo oportet vt auctū ⁊ generatū habeant eandē materiā: inferaſ materiā nō eſſe partē qditatis rerū nālium: forma. n. eſt tota rei eēntia. 7. methaphy. 21. Item ait: quapp cremētum dꝫ eſſe ex corpore aliquo actu: in generatōe autē non ſequitur hoc: quia eſt in qualitate: ideſt in forma ſubſtātiali ſic vocata: primo phyſicoꝝ. 5. 63. 5.

phyſicoꝝ.18.partes naꝫ qualitatiue ſunt materia ⁊ forma ſubſtantialis: ex materia ergo vt habente magnitudinē fit augmentatio: at vt habēte formā ſubſtantialem fit generatio.

**Sententia.** 32.33. ſtat in hoc. Nō pōt qcq̄ augeri adueniēte aliquo incorporeo: q2 illud incorporeū eēt ſeparatū ⁊ nō quātū: cōſtat aūt augmentatōez nō fieri ex aliquo ſeparato: nō pōt etiā mā a magnitudine inueniri ſeparata. Si qd ergo augeať adueniēte aliquo corporeo: tūc duo corpora: ſcilꝫ animatū qd augeť ⁊ alimentū qd auget ſe occuparent: qd natura nō permittit. Conſimili ratione nō poterit quicq̄ minui. Ueritas ē: ꝙ augmētatio fit aliquo corporeo adueniēte: abſqꝫ corporuꝫ penetratōe: ⁊ cū quelibet pars aucti ſit aucta: ⁊ ideꝫ ꝑmaneat a principio augmētatōis vſqꝫ in finē: ergo cū ex aqua fiet aer: aut ex aere aqua: cum nō maneat ibi ideꝫ ante ⁊ poſt ſm ſubſtantiā: talis trāſmutatio nō erit augmentatio: neqꝫ diminutio.

**Eſt** prio aduertendū: lꝫ augmentatio fiat aliquo adueniēte corporeo: non datur tn̄ penetratio dimenſionū: naꝫ ſi magnitudo adueniens ⁊ ꝑexiſtēs ſe occuparent: ſolū tantū replerent quantū magnitudo ꝑexiſtens: ergo totū nō efficereť maius: ſi qdē magnitudo aduenięs ſubiret magnitudinē ꝑexiſtentem ⁊ intra ſe eundē ſitū retineret: penetratio vtiqꝫ eſſet dimenſionū: nūc aūt cū extra ſe ſitum habeant ⁊ continuenť: recipiaturqꝫ alimentū in ſubtilioribꝰ poris natura determinatis pro alimēti receptaculo nō eſt dimenſionū penetratio.

**Iterum** cōſiderandus eſt modus reſolutōis nutrimēti in ſpiritus: qui quidē percipitur ex quattuor digeſtionibꝰ repertis in aīali ꝑfecto: quaꝝ pria in ſtomacho celebrať ⁊ naſciť chilus. Secunda fit in epate: ⁊ ꝓducitur chimus. Tertia in venis. Quarta in mēbris: vnde in corpore viuente ſunt pori parua foramina: ⁊ exiſtunt vbi ptes minus reſiſtunt calori naturali: ⁊ ſi eſſent duo pori in carne vel oſſe diſtantes a venis: calor regulatus ab aīa faceret porū oblongū iter illos poros ꝑ quē traheret alimentū ab vno poro ad aliū ⁊ cōſtituit cōtinue calor nālis poros maiores: ꝙ aūt inueniant ptes poroſe patet ex ſudore ꝓueniēte ab intrinſeco aīalis: ⁊ ex immunditijs repertis poſt ſomnum in manibus aut pedibus: que quidem ante ſomnum in eis non fuerunt.

**Item** Auerrois facit iſtā conſequentiā: in cremento neceſſariū eſt aliqd extrinſecum ergo remanet idem ſubiectū actu a pricipio augmētationis vſqꝫ in finē: hec ꝯſequētia tenet hoc fundamēto: q2 cū aliqd generať actu generatū generatur ex eo ꝙ eſt in potentia preter alicuiꝰ extrinſeci additionē: actus.n. totus eſt in potentia in materia: ⁊ peculiare eſt agentis officiū educere d̓ potētia ad actū id qd eſt in materia: ergo cū augmētatio fiat aliquo corporeo extrinſeco adueniente: permanebit idem ſubiectum actu a principio augmentationis vſqꝫ in finem.

**Amplius** attendendū: in quolibet mēbro eſt virtus expulſiua apta ſemper expellere ſuperfluum: ⁊ attractiua: que eſt magis neceſſaria q̄ꝫ prima: aliter nunq̄ꝫ accideret egritudo. Inſuper quidam motus eſt ab anima non precedente cognitione aliqua: vt attractio nutrimenti: retentio ſuperfluitatis: quidā fit ꝑcedente cognitione nō tamē ꝙ cognitio ſit cauſa illius motꝰ: veluti vomitꝰ fit a virtute expulſiua ꝑcedēte cognitōe nō cā illius: ⁊ tales motus vt fiūt a virtute nō ꝑcedēte cognitione cā eoꝝ ſunt nāles: quatenus tendūt verſus oēm dr̄iam poſitionis appellanť animales: motus auteꝫ ab aīa ꝑcedente cognitōe cā illiꝰ diciť vere ⁊ expedite voluntarius: non eſt ergo incōueniens rē grauē ⁊ nutrimentū moueri ad oēm dr̄iam poſitiōis: non vt grauia ſunt: ſed vt directa ab aīa: ⁊ dicebā anno ſuperiori.7.phyſicorū.10.⁊ ferrū verſus magneteꝫ: ⁊ vapores aſcēdētes ⁊ pallea mota verſus lapidē pretioſum ⁊ humor agitatus verſus medicinā dicuntur moueri ex ſe: q2 hn̄t qualitates impreſſas quibꝰ mediantibus moueť verſus attrahētia mouentia motu locali cōiuncto alteratōi: in motibꝰ localibꝰ violētis ⁊ ꝑternālibus mouēs pōt mouere ſine alteratōe rei mote: vñ in motibus violētis virtus imprimitur medio: ⁊ illud eſt quando mouens mouet non alterando: in motibus ſuperius dictis imprimitur virtus mobili: qua mediante poteſt dici mobile moueri ex ſe.

**Sn̄ia.** 34. Augetur corpꝰ aīatū cui aduenit cibus: non cibus: cū pereat: neqꝫ aggregatum ex aīato corpe ⁊ cibo: cuꝫ id ipꝫ non maneat. Itē: caro ſuſcipiēs paſſionē diciť alterari: non ipſa paſſio: ergo ⁊ corpus aīatum ſuſcipiēs cibū dicitur augeri: non ipſe cibus. Itē in corpe aīato eſt principiū corrūpens cibū: ⁊ ipm ꝯuertēs in partē conſimilis ſpeciei cū corpore animato: que corpori adiūcta reddit ipꝫ maius: ergo viuens augeť ⁊ non cibꝰ adueniens. ¶ Dicit Auer. ⁊ tūc recte idē diciť alteratio ⁊ crementū in ſe permanente in actu.i. ſubiectū alterationis ⁊ augmētatiōis eſt idē re: diſtinctū ſolū ratione: quēadmodū.n. ſubiectū alteratiōis manet idem a pricipio alterationis vſqꝫ in finē: ita ⁊ id qd augeť exiſtit idē numero a principio augmētationis ad finem illius.

**Sn̄ia.** 35. Enumeranť cōditiones augmentationis: auctū idē ꝑmanet. Quelibet ps aucti eſt aucta. Augmētatio fit adueniēte aliquo corporeo. Pōt aliquid augeri ⁊ diminui ſine vacuo ⁊ penetratione dimenſionū. Inſuꝑ augmētatio fit aliquo adueniēte ipſi aucto ſꝫ ſpeciē: ⁊ nō ſolū adueniente aliquo ſꝫ materiā: diciť.n. aliquid aduenire alicui ſꝫ ſpēꝫ: qn̄ aduenięs ſumit formā ſubſtātialē illius cui aduenit. ¶ Dicit Auerrois: materia eſt in cōtinuo fluxu: forma autē eſt permanens: recte eſt dicere quando aliquid augmentatur quod augmentatur in eo eſt forma non materia: materia eniꝫ non eſt permanens: ⁊ illud quod augmentatur neceſſario permanet. Senſus eſt: augmentū fit ratione forme: que permanet eadem a principio augmentationis vſqꝫ in finem: non ratione materie: que per ſe fluit ⁊ refluit. Sunt qui dicunt ꝙ caro generata ex primo humido radicali ē caro ſꝫ ſpeciē: generata ex humido nutrimentali eſt caro ſꝫ materiam: contra Ariſtotelem dicētes in īanimatis reperiri aliquid ſm materiam ⁊ aliquid ſm formaꝫ: in quibus tamen non eſt humiduꝫ radicale ⁊ nutrimentale: ideo ſm intentionem Ariſtotelis dicendū eſt ꝙ eadē caro dicitur ſm ſpeciē: prout in ea conſideratur id quod pertinet ad ſpeciem carnis: ⁊ ſm materiam prout in ea conſideratur id quod eſt materia: ⁊ eadem ratio eſt de omnibus compoſitis ex materia ⁊ forma: ⁊ dixi anno ſuperiori quarto phyſicorū octuageſimoquarto

vocātur



vocanť ptes ſꝫ ſpēꝫ que ſunt ptes rei vt cōſtituiť in tali eſſe ſpecifico: veluti crus ⁊ digitꝰ ptes expoſcūt determinatas ſine quibus eoꝝ forma ſaluari nō poſſet: ptes ſm materiam ſunt ille ſine quibus poſſunt crus ⁊ digitus permanere ſꝫ ſpecieꝫ cruris ⁊ digiti: vt ille que fluunt per macerationem ⁊ impinguationem.

**Sententia.** 36.37.38. cū quicq̄ꝫ ſꝫ formaꝫ aduenit totuꝫ ex adueniente ⁊ eo cui aduenit adinuiceꝫ cōtinuatis fit maius: ſi vero aduenit aliquid ſꝫ materiaꝫ: non efficiť totū maius: nā cū ſpecie diuerſa ſunt: aduenięs ⁊ id cui aduenit non cōtinuanť adinuicē: ſed ſeiuncta ⁊ ſeparata ſūt: ipſis auteꝫ ita ſeiunctis minime augmētatio fit. In aliquibus auteꝫ partibus vt anomiomeris facilius percipitur que ſunt ſꝫ formā: ⁊ que ſꝫ materiam: cū in illis facilius cognoſcamus que ſunt eiuſdeꝫ ſpeciei ⁊ que diuerſarū. Quo fit vt augmentatio fiat aliquo modo ab aliq̄ diſſimilis ſpeciei ⁊ nature ⁊ aliquo modo ab aliquo ſimilis ⁊ eiuſdeꝫ ſpeciei: nā viuens a principio augeť a cibo ſibi cōtrario: ⁊ ī fine augeť a ſimili ſꝫ ſpēꝫ. ¶ Auerrois cōmēto.36. facit iſtaꝫ cōſequētiā: ſi ſꝫ materiā fieret augmentatio: aut dareť penetratio corporuꝫ aut vacuū: que tꝫ hoc fundamento: quia ſi augmentatio fieret ſꝫ materiā: materia permaneret ⁊ per ſe ⁊ per accidens: ideo vel eſſet vacuuꝫ: vel penetratio dimenſionum. Item ait: ⁊ ſi imaginareris vnum menſurans quod aliquando creſcit per illud quod intrat in ipſum: ⁊ aliquando diminuitur cōſeruando figuraꝫ eius: tūc imaginaberis diſpoſitionē forme in ſuo cremento ī reſpectu materie: ⁊ hoc recte imaginaberis quando imaginaberis vtrem corij ꝙ quando intrat ipſum aqua pauca: diminuiť: quādo aūt multa creſcit: ⁊ in vtroqꝫ cōſeruat figurā ſuam. Iterū cōmento.37. ait ⁊ ſignificatio ꝙ forma manifeſtior eſt in officialibus q̄ꝫ in cōſimilibus eſt: ꝙ mortuꝰ dicitur habere os ⁊ carneꝫ: magis q̄ꝫ habere manū aut pedem. ⁊ ratio eſt: quia manus ⁊ brachiū viuentiū proprias ⁊ peculiares habēt operationes: que mortuis nō cōueniunt: viui aūt ⁊ mortui caro proprijs operatōibꝰ apte non diſcrepant.

## Digreſſio Auerrois.

**Sed Alexander.** Digreſſio hec tendit ad hoc vt declaretur augmētatiōeꝫ fieri rōe forme ⁊ nō mãe: cū forma ꝑmaneat: ⁊ mā fluat atqꝫ refluat a pricipio vite vſqꝫ ī finē. Series aūt verboꝝ Auerrois talis exiſtit: ſed Alexander dicit ꝙ hoc qd dictuꝫ eſt in hoc loco. ſ. ꝙ augmētatio fiat ſꝫ formā: nō ſꝫ māꝫ: nō ē dictū rōe ꝓbatōis.i. nō ē ꝓbatū: ſꝫ q2 aīa ꝯuiť in huiꝰ.i. q2 ad hoc videbanť ſequi pauciora īcōuenietia: vel q2 ob auctoritatē Ariſtotelis illi ꝯſenuimus. Mā.n. nō diſſoluiť ſꝫ totū: ſꝫ ſemp remanet in ea aliqua res fixa: ⁊ ſi nō eēt: poſſibile eēt formā ſepari: tꝫ cōſequētia ħ fundamēto: q2 tota mā que nūc ē ī aliquo: effluere pōt: ⁊ ſic illud indiuiduuꝫ pōt in toto effici aliud ſꝫ mām: ⁊ vna forma ſucceſſiue in duabꝰ materijs ⁊ ita ſepari a pria: voluit ǧ Alexāder nō ī oībꝰ ptibꝰ mãe poſſe fieri deꝑditionē ⁊ reſtauratōeꝫ: ſꝫ ī qbuſdā tm̄ alr̄ vna aīa poſſet eſſe ſucceſſiue in duobus corporibus. Et cum in materia eſt pars fixa: neceſſario illa pars augmentabitur ⁊ diminueť: quapropter oportet vt in mēbris ſit humiditas diſperſa.ſ. radicalis: cuꝫ qua admixtus ē cibꝰ adueniēs.i. humiduꝫ nutrimentale: ⁊ qn̄ mutabiť in nām illius humiditatis: augmētabiť figura mēbri ꝑ augmentuꝫ humiditatis in oībꝰ ptibꝰ: ⁊ diminuiť ꝑ eiꝰ diminutionē: ⁊ nā eſt q̄ cōſeruat figurā illiꝰ mēbri in hora augmētatiōis ⁊ diminutōis. Preterea: augmētū fit ꝑ accumulatōeꝫ aduenietis cuꝫ eo cui aduenit: accumulatio aūt nō ē niſi ſm ptes materie. Itē ad opus v̓tutis nutritiue exequēdū neceſſe eſt ſaluari ſbaꝫ organoꝝ: ǧ in illis nō pōt fieri deperditio. Rurſus ꝑ nutrimētū nō fit deperditio ⁊ reſtauratio niſi in ptibꝰ mēbroꝝ radicaliuꝫ: ex ħ inferebat Alexāder augmētū ⁊ nutrimētū fieri ſꝫ mām: nō ſm formā: tū q2: augmentū īportat quātitatē ꝯñtē ꝯpoſitū merito materie: tū q2: d̓ rōe mãe ē extēdi: ⁊ ñ forme: cuiꝰ eēntia ſimplex ē ⁊ inuariabilis: tuꝫ q2: cinomiomera augenť: cuꝫ augentur omiomera que ſunt vt mā illoꝝ. Cōmentator auteꝫ vult in oībꝰ ptibꝰ materie poſſe fieri deperditiōeꝫ ⁊ reſtaurationē: tū q2: mēbra radicalia ſunt ꝯpoſita ex ꝯrijs repugnātibꝰ: tū q2: calor nālis equalr̄ agit in ptes radicales ⁊ alias ergo illaꝝ ē ꝯſumptiuꝰ: tū q2: nutriunť mēbra radicalia ergo in illis fit deꝑditio ⁊ ita imaginať Auerrois ꝙ mā humidi ſeminalis conſtituta ſub forma mēbroꝝ ñ maneat: ſꝫ loco illiꝰ adueniat mā humidi nutrimētalis: q̄ itidē ñ ſeruet ſꝫ loco illiꝰ ꝯtinue adueniat alia donec ſtet vita. Cōtra Alexandrū ingt Auer. primꝰ magiſter q̄ fuit primꝰ ſciēs ⁊ cognoſcēs modū docēdi nūq̄ꝫ dixit aliqd ſine forti ꝓbatōe: ⁊ tūc ingramꝰ in ħ: manifeſtū ē ꝙ ſi aliqs dicat augmētū eē ſm formā ꝙ nō vult dicē formaꝫ augeri ſm ꝙ ē forma: augmētuꝫ.n. ē ſm magnitudinē: forma aūt ē qualitas: ſed illud qd augeť in oībꝰ ptibus: nō augeť in eo ꝙ ē quantū: ſed in eo ꝙ ē quātū hñs formā: cū augmentū in oībꝰ ptibꝰ nō ē niſi inquātum ptes hn̄t formā: nō materiā: eo ꝙ ipſa fluit ⁊ refluit: nō eandē quā prius diſpōnem obſeruans: augmentū vero ſup rem fixaꝫ fore dꝫ: q̄lis ē forma. Senſus eſt: forma nō augeť vt forma: ſed vt forma ptibilis: nec augeť aliqd vt quātū: vt ly vt dicit materiā: ſed vt ē diuiſibile in formā: augeť ergo viuēs rōne forme: nō materie: cū forma ꝑmaneat eadē numero a principio augmentatōis vſqꝫ in finē: ⁊ non materia. Manifeſtuꝫ eſt qm̄ nō ſequiť ex ſuo cremēto in oībus ptibꝰ ſm moduꝫ Ariſtotelis corpus penetrare corpus totalr̄: augmentū.n. eſt in re augmētata ſm formā: ſed illud poſſet cōtingere: ſi augmētum eſſet in partibꝰ tantū ſꝫ materiā: ſcilꝫ inquantū ſunt partes: ⁊ ſi eſſet illa cōtingeret: alterum duoꝝ: aut augmētū eſſet ꝑ accumulationē.i. per iuxtapoſitionē partis ad partē: aut penetrarenť partes adueniētes ⁊ partes recipientes adinuicē: tenet ꝯñtia: q2 nō fit vnū per ſe: niſi ratione forme: quare ſi non eſſet forma: illa ſequebanť. Sed inquit Auerrois miſcibilium partes nō cedunt equaliter partibꝰ ſubintrantibus: neqꝫ adunanť cuꝫ illis niſi inquantū hn̄t qualitatē.i. formā determinatā: qm̄ ſi ita eſſet poſſibile eſſet oīa admiſceri: additio ergo oīuꝫ miſcibiliū nō eſt niſi ſm formaꝫ: tenet cōſequentia: q2 quid cōpetit vni nature ſm ꝙ talis: cōpetit cuilibet: primo celi.19. qm̄ aūt augmentū nō eſt niſi quātitas inquātum hꝫ formā manifeſtū ē ex hoc: qm̄ illud qd augeť debet eſſe permanēs: ſed nō ꝑmanent niſi inquātuꝫ habent qualitatē: nō in eo ꝙ ſunt partes: qm̄ inquātum ſunt ptes in ſe: ſunt in cōtinuo fluxu: ⁊ ita intelligēdus ē ſermo Ariſtotelis: qm̄ magiſter non dicit

ꝙ augmentū eſt in mā̄ ſine forma: vel ecōuerſo: ſ3 in oībus partibꝰ augmētari ſm formā nō ſm mām̄ ſm quā ſunt ptes. Senſus ē: forma magis eſt cā augmētationis ꝗ̄ materia: vel q2 materia fluit: forma non: vel l3 vtraq3 fluat: q2 tñ materia fluit p ſe: forma duntaxat per accidēs: ideo auctio erit rōne forme nō materie: corpus. n. nō h3 partes niſi inquantū materia. partes aūt ſunt in fluxu inquātum ſunt partes: ⁊ in permanentia inquātu3 habēt formā: ⁊ q2 augmētu3 nō eſt augmētati niſi inquātu3 permanet: ↄtingit vt nō ſit augmentū in ptibus niſi inquātu3 habent forma3. Contra: pͥo phyſicoꝝ. 15. eſt materie ⁊ cuiuſlibet ſubſtantie habere partes rōne quātitatis. Solutio eſt: corpus nō h3 partes niſi inquātum materia: ſupple tū quanta: q2 ad materiā ſequiꝛ quantitas: ⁊ partes ſunt a materia fundamentaliter: a quantitate formaliter. Proſequiꝛ Auerrois dicens: ⁊ viſu3 eſt mihi ꝙ differētia magna ē īter hoc ⁊ ſermonē Alexādri: ⁊ videꝛ mihi ꝙ qui queſtionē diſſoluit: eo modo quo diſſoluit Alexander ꝙ nō diſſoluit: ſed pmutat queſtionē: qm̄ adhuc reſiduū erit dicere ⁊ querere: qualiter augeꝛ magnitudo. i. mēbru3 per illa3 humiditate3 in oibus partibꝰ: cu3 magnitudo. i. membrū nō admiſceaꝛ cu3 ea: ſed eſt humiditas que cum humiditate admiſcetur: augetur ergo mēbru3 p auctionem partiū formaliū ⁊ non materialiu3: ſimiliter de oibus mēbris congelatis: ſicut oſſibus ⁊ ſpinis: miſcibile. n. eſt liquabile: ⁊ iſta eſt ratio contra Alexandrum: qui voluit nutrimentū remanere infixu3 foraminibus. Sententia igiꝛ Auerrois de augmētatiōe talis exiſtit: augmentū indiget admixtione: ⁊ ſi non eſſet ita eſſet generatio partiu3 carnis ⁊ oſſis per ſe: qñ cibus tranſmutaꝛ in carnē ⁊ oſſa: ⁊ hoc ē falſu3: vnde dupliciter pōt caro generari: primo modo per cōuerſionē alimenti in naturā carnis pexiſtentis: ⁊ hec eſt augmētatio: alio modo in naturā propriā forme incipiētis: ⁊ hec eſt generatio nō augmētatio: hec aūt mixtio neceſſario nō ē niſi hoc modo ſm forma3: ⁊ nō ppter augmentū eē in oibus partibꝰ ſine penetratione: qm̄ ſi hoc fuerit: poſſet contingere: vt augmētata nō ſint niſi illa que ſunt miſcibilia: qualiter ergo dicimus in augmēto figure ⁊ vniuerſaliter mēbri officialis. Alexander namq3 nō poterat dare cauſa3: quo modo figura: ſitus ⁊ alie diſpoſitōes mēbri officialis augeanꝛ: cu3 nō ſint miſcibiles: vñ nō eſt extenſio figure quātitatis mēbroꝝ officialiū niſi pp mixtionē añcedentē in omiomeris. ¶ Dicamus ergo ꝙ in mēbro ē nāl̕r cā extēſionis in oēs dimēſionis: quapp accidit ei ꝙ raritas ⁊ illa hūiditas cibal̕: que qde3 ē purū miſſu3 a venis ad mēbra diuidit ſe in oibus ptibꝰ eiꝰ. ſ. in minimis foraminibꝰ: qua illa foramina extēduntꝛ: ⁊ qñ fuerit īpleta illa humiditate: trāſmutaꝛ illa humiditas in partes carneas minimas: ⁊ applicabit ſe illis: ⁊ iterū ↄtinget in illis partibꝰ carnoſis nouis foramina minima: vñ aduertendu3 ē ꝙ in quolibet minimo carnis fit ꝓpriū foramē ⁊ ibi generaꝛ caro: que vniꝛ: ⁊ fit minimū: ⁊ ſi nō eēt ſic: pars nō poroſa non diceretꝛ augmētari ꝓprie: in pte aūt minimi nō poroſa: nō ita ꝓprie fit augmētū: ſicut in toto minimo: tñ q2 ps iſta nō h3 eē niſi ī toto minimo qd̄ augeꝛ: ideo diciꝛ ēt illa augeri: ⁊ cū mēbru3 iterū extēdeꝛ: rareſient oia illa foramina: ⁊ implebunꝛ p humiditatē cibale3 p virtutē attractiuā: ⁊ cū calor coagulauerit illam: reuertetur talis humiditas in carnem ⁊ oſſa: deinde tertio rareſiet: ⁊ ſic erit cremētū mēbri augmētati: augmētum ergo non eſt augmētati niſi ſm iſtā virtutē per quā h3 forma3: ⁊ iſtā virtutē ītēdebat Ariſtoteles cum dixit augmētū fieri ſ3 forma3 ⁊ nō ſ3 materiā: ⁊ niſi eēt iſta virtꝰ īpoſſibilis eēt augmētatio in oibꝰ ptibus ſenſibilibꝰ: niſi eēt poſſibile corpus penetrare corpꝰ: cā ergo data ab Ariſtotele in hoc ē vl̕is rebꝰ miſcibilibꝰ: ⁊ non miſcibilibꝰ: cā aūt Alexādri eſt ꝓpria miſcibilibus. Ex dictis Cōmētatoris infero pͥo nutritionē fieri ſm mā3: q2 officiū virtutis nutritiue eſt reficere ſm ptes mā̄e effluētes ⁊ refluētes: ⁊ l3 pdaꝛ pars materie: aīa tñ ob hoc nō deſtruiꝛ: ⁊ pars dep̄dita nō fuit neceſſaria forme: ſine qua eſſe nō poſſ3: iō pōt illa effluere ⁊ refluere abſq3 hoc ꝙ forma effluat ⁊ refluat veluti p ſil̕e oſtēdit phs de vaſe ⁊ aqua nulla variatione facta circa formā: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ nutritū nutriꝛ ſm materiā: q2 al̕s accipit pte3 materiales. Infero ſecūdo ꝙ augmētū fit ſm formā: non ſ3 materiā: quia eadē forma numero cōtinue eſt in pluri materia: nō aūt eadē mā̄ eſt cōtinue ſub pluri forma: vñ quelibet pars forme ipſius aucti fit in alia materia ꝗ̄ prius: nō tñ in noua materia totaliter: ſic ꝙ nulla pars materie que prefuit informeꝛ aliqua pte forme ipſius aucti. Infero tertio iſta3 cōſequētia3 valere: augmentatio fit ſ3 formā ⁊ nō ſ3 materiā ergo materia non eſt principiū indiuiduatiōis: ad idētitatē. n. indiuidui requiriꝛ idētitas forme ⁊ nō materie: nō eſt. n. dicendū vt dixit Marſilꝰ indiuiduū eſſe idē: veluti eſt fluuiꝰ. Infero quarto nutritionē ⁊ augmētationē fieri per minima: q2 corruptio nutrimenti ē per minima. hec de cōmento. 38.

**Sententia.** 39. cibꝰ talis ē potētia: q̄le qd̄ augetur eſt a ctu: ſicut eni3 modicu3 aque in multo vino fuſu3: corrumpitur a vino ipſius magnitudine3 augens: ⁊ fit tale actu: quale prius fuit potentia: ſicut ite3 lignu3 igni appoſitu3 conuertitur in igne3: ⁊ propria deperdita forma: ignis forma3 ſuſcipit: ipſiuſq3 mole3 auget: ita cibꝰ corpori animato adueniens corrumpitur: ⁊ in conſimile3 ſubſtantia3 corpori animato tranſmutaꝛ eius magnitudinē efficiens maiorē: neq3 tñ vinū augeri neq3 ignē ꝓprie augmētari cōceſſeri3: q̄uis maiore3 ſuſcipiāt q̄ntitatē: cū vi3 vegetādi ñ hēant: ⁊ aīe expertia ſint.

**Sententia.** 40. 41. 42. Quod generatur non dicitur vniuerſale quātu3 aut ſingulare: ſed appellaꝛ ſ3 ſubſtantia3 vniuerſale aut ſingulare. Et quod augeꝛ non dicitur vniuerſale aut ſingulare: ſ3 ſubſtantia3: ſed vniuerſale aut ſingulare quātu3. i. iſte propōnes ſunt vere: homo generatur: ſortes nutritur: ⁊ nō docte dicimus: homo quātus generaꝛ: ſortes bicubitus nutriꝛ: ſil̕r iſte veriſſime ⁊ propꝛiiſſime ſunt: homo bicubitus augeꝛ: ſortes bicubitus augeꝛ: ⁊ non recte ita enunciamus dicentes: hō augetur: ſortes augeꝛ. Ite3: caro quatenus caro. i. ratione forme ſubſtantialis non auget ſed generat: ſed caro quāta aduenieēs carni quante auget: ⁊ totū maius reddit: ergo nutriens ⁊ augens idem ſunt ſubiecto: nutrit quide3 caro ſ3 ſubſtātiā: auget ſ3 quātitate3. Quo fit vt quādiu animal ſaluatur: nutriaꝛ: non tamen ſemper augeatur: vnde viuentia primo habent potentia3 cōuertendi plus deperdito. Secūdo inueniꝛ etas cōſiſtentie: in qua tātum deperdiꝛ: q̄ntum reſtauraꝛ: poſtq3 etatem: minus eſt id quod reſtauraꝛ: ꝗ̄ dep̄ditum: tandem in decrepitis



decrepitis eſt ſolu3 potētia reſoluēdi: ⁊ deficit vita.

**Auerrois** pͥo dicit: ⁊ dbes ſcire ꝙ gnātio ſimpl̕r nō eſt niſi corpis ſingularis: qd̄ ſi nō: cōtingeret ꝙ generatio eēt ex nō ente: verbigratia: cōtingeret. ſ. ꝙ nō ſit impoſſibile vt ſiat aial: quod neq3 hō ſit: neq3 aliud animal: ſicut etiā q̄ntitas que fit in illo qd̄ augeꝛ nō eſt ſimplex. i. cōis. Senſus eſt: ſi p augmētū fieret quātū in vl̕i: augmētatio eſſet a nō quāto in actu: ita ſi per gnātionem fieret cōe corpus: generatio eſſet ex non ente. Item ait: cibus ergo ⁊ augmentatiuu3 idē ſunt ſubiecto: in mō aūt differūt: quoniā quādo cibus veniēs fuerit potentia caro tātum nō ſenſibilis q̄ntitatis: verbigratia: forma ſpoliata a q̄ntitate ⁊. i. ſi quātitas eſſ3 non ſenſibilis: ⁊ hoc mō erit nutrimentū: qñ ergo cibus veniēs nō eſt niſi potētia tm̄ forma ſine quātitate non actu: ſed potētia: non erit forma rei augmentate maior: ⁊ qñ fuerit in potētia forma cū quātitate erit augmentū. Senſus eſt: idem eſt obiectū virtutis vegetatiue: alimētū vt quid nutrit: auget vt quātū: vt ſupfluū facit ad generationē: ⁊ trahiꝛ cibꝰ ī diuerſas rationes ſpecificas ob virtutē nutritiua3 ſibi ab epate cōtcatam: augmentatiua eſt a corde: generatiua in vaſis ſeminariis: ⁊ volo has virtutes ſemper eſſe in viuente ⁊ ſi non ſemp operenꝛ: quas quidem fatio qualitates de ſecūda ſpecie. Eſt aūt augmentum perfectio nutrimēti: inquātu3 in nutritōe plus reſtauraꝛ ꝗ̄ ſit dp̄ditū: ⁊ ī tm̄ ē pfectio nutrimēti: q2 ſit a perfectiſſima nutritōe.

## Digreſſio.

Vt ppoſitiones hic approbate clariſſime intelligantur: inducantur nōnulla documēta. Primum ſit tale: augmentatio nō eſt generatio: neq3 alteratio: vnde augmentum ⁊ dimiutio que per appoſitionem ⁊ defectionem noue ſubſtātie cōmittuntur ſolum viuentibus ſubceleſtibus conceduntur: augmentum vero ⁊ decrementu3 conſtituta per maiorē aut minorem partium mobilis extenſionem ⁊ viuentibus dantur ⁊ non viuentibus: ⁊ dicūtur rarefactio ⁊ cōdenſatio: extenſio enim eſt modus intrinſecus quātitatis a qua formaliter quātitas appellatur extenſa: ad quam extēſionē rarefactio terminatur: ⁊ ita rarefactio eſt motus de minori extenſione ad maiorem: ⁊ cum ad interrogationē de prima ſubſtantia propter iſtam mutationem varientur termini de p̄dicamento quantitatis cōnotantes menſuram: hinc eſt ꝙ rarefactionē ⁊ condenſationem ad predicamētum quātitatis ſepe numero affirmatur. Quatenus vero raritas ⁊ denſitas inſequuntur determinatas partiū corporis habitudines: ſic ſunt rarefactio ⁊ cōdenſatio motus ad qualitatē: querēti. n. quale ē hoc ſatiſfacimus aſſerentes illud eē rarum aut denſum: ⁊ licet Marſilius primo de generatōe qōne. 15. putauerit eandē mutationē eē alterationē ⁊ augmentū veluti eadem mutatio eſt generatio ⁊ augmentatio: q2 tamen exiſtimo motus differre penes terminos ad quos tendūt: iccirco ſm multitudine3 terminoꝝ ad quos tendunt: debent mutationes numerari: ſed ꝗcq̄d ſit cōſtat ꝙ eadē q̄ntitas ſub pua extēſione per rarefactionē efficiꝛ ſub maiori: nō ꝙ hec propoſitio ſit vera: quātitas maior eſt quātitas minor: quamuis quātitas maior fuerit quātitas minor: vñ non valet iſte modus arguendi: permanet eadem quātitas ꝗ̄ prius: ⁊ quātitas prior erat pedalis ergo ⁊ preſens quātitas pedalis erit quātitatis.

**Secundum** documentū eſt. Augmentatio eſt per minima: ⁊ diſcontinua ⁊ interpollata: ⁊ ꝙ dicunt moderni ꝙ quelibet augmentatio particularis ē vna ⁊ ↄtinua: tñ augmētatio a principio vſq3 in fine3 eſt interpollata: nō ſatiſfacit Auerroi declaranti continuitate3 nō reperiri in oibus motibꝰ: ⁊ ponenti differentia3 inter augmētum ⁊ motu3 locale3. 3. phyſicoꝝ. 6. q2 motus vnus augmēti cōponitur ex pluribus motibus: ⁊ q̄etibꝰ: in motu aūt locali vno nō īterponiꝛ quies media: iō cōtinuatio eſt manifeſta: ⁊ credimus hoc in augmento. i. credimus augmentationē nō eſſe cōtinuā: ſi. n. augmētatio eſſet motus cōtinuus: cuilibet parti ſenſibili tēporis. i. cuilibet inſtanti correſpōderet pars ſenſibilis quantitatis acquiſite per augmentatōe3. i. minima quātitas (appellaꝛ aūt inſtans pars ſenſibilis: quia nihil habemus de tēpore niſi inſtans: non quia inſtans ſit pars: ſed quia nihil aliud apparet d eo: cōſequētia aūt Auerrois deduciꝛ hoc fundamento: augmentatio fit cu3 generatione ergo ſi augmentatio eſt cōtinua ⁊ generatio: ſed generatio eſt p minima: ergo augmentatio erit per minima: ergo ſi eēt cōtinua: in quolibet inſtanti tēporis augmentatōis fieret vnu3 minimu3: ergo cuilibet parti ſenſibili tēporis correſpōderet pars ſenſibilis magnitudinis: ergo totu3 inueniꝛ infinitu3. 8. phyſicoꝝ. 23. quare cōcludendu3 eſt augmentationē fieri per minima ⁊ interpollate: vñ hec duo pugnant adinuicē: augmētatio eſt per minima: augmentatio eſt motus continuus: ⁊ ratio eſt: ille motus cuius mobile acqui to aliquo termino nō eſt in potentia ſm eam parte3 ſm quā fuit acquiſitio termini facta: ille nō eſt cōtinuus ⁊ ita eſt in augmento: nam materia conuerſa in ſubſtantiam nutriti ſm minima: eade3 minima nō ſunt in potentia ad vlteriorem perfectionem: ⁊ hec pro nunc ſufficiant.

**Tertium** documentū eſt tale. Quelibet ps aucti eſt aucta: ſublatis īpedimētis. Contra: augmentatio eſt per minima: ⁊ quelib3 pars aucti eſt aucta: ꝗ̄ ꝗcq̄d augeꝛ: augeꝛ ad duplū: quia calor diuidit carne3 nutrienda3 ⁊ nutrimentu3 per minima: ⁊ cū nihil ſit minus minimo: tanta erit pars nutrimenti additi: quanta eſt caro cui ſit additio: ⁊ ſi tantu3 tanto additur: efficitur duplum: ergo infertur omne quod augetur: augeri ad duplu3. Solutio eſt: voluit Albertus magnus ſecunda pte ſumme: materia3 cibi aduenīente3 ſibi vendicare eandē numero formam ſbale3 que eſt in nutrito: ⁊ eandem quantitate3 ⁊ qualitate3 ⁊ vbi. Contra: quātitas eſt eterna materie: ⁊ in augmento additur noua materia: ergo ⁊ noua quantitas. Dico ergo aggenerationem ⁊ augmentatione3 fieri per minima nutriti: nō nutrimenti: quoduis enim minimu3 nutriti eget nutrimento: verum non cuilibet minimo additur minimum nutrimenti: ⁊ ſum cum Alberto in hoc pro nunc: ꝙ in nutritione nō producatur noua pars forme ſubſtātialis: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ materia variari poteſt: nulla variatione penitus facta in forma: ſiue illa educta ſit: ſiue nō educta: vt paulopoſt patebit.

**Quartum** documentum eſt tale. Nutritu3 nutritur ſm materia3 tantū: nutritio. n. eſt penes illud qd̄ īmutaꝛ: tale ē mā̄: nō forma: ergo. Cōtra: nutrimētū accipit formā nutriti: ꝗ̄ nutritio eſt ſm formā. Solō ē: ſtante eadē numero

forma accipit nutritũ alias partes mãles in quibus mutaꝛ. Itẽ aliqd nutritur actu: ergo nutritio eſt ſm formã: qꝛ nutritũ eſt actu per formam. Solutio eſt: nutrimentũ efficiꝛ ſub forma nutriti eadẽ que prius fuit in partibꝰ nutriti: variatis partibꝰ ſm materiã. Item: deperdiꝛ pars materie in carne ergo ⁊ forma extẽſa in illa pte materie: ergo cũ reſtauratio fiat ſm moduz deperditiõis: reſtauratio fiet in materia ⁊ forma. Solutio ẽ: dicẽduz ẽ formã nõ perdi ꝓpter materie deſtructionẽ: pars.n. materie ꝺperdita nõ fuit neceſſaria forme ſine qua eſſe nõ poſſet: vt ſubtiliter docet pluſꝗ̃ Cõmentator.2. tegni Cõmento.44. quare cõcludo cũ augmẽtatio fiat merito eius quod ꝑmanet; nutritio rõne illius qḋ fluit ⁊ refluit augmẽtationẽ eſſe ſm formã: nutritionẽ: ſm mãm. Veruz dubitaꝛ: fluente mã fluit forma exiſtẽs in ipſa quare ſicut de vno ſic de altero dici põt. Dico relicta rñſione Alberti ⁊ Truſiani loco allegato: ꝙ ſecus ẽ de mã: ſecus de forma: forma nãqꝫ vt talis dat eſſe qḋ merito ſui eſſet indiuiſibile: fit aũt diuiſibile ⁊ fluẽs rõne materie: quapropter magis eſt cã augmẽti forma ꝗ̃ materia: lꝫ vtraqꝫ fluat: qꝛ forma fluit ꝑ accidens: mã ꝑ ſe. Vel dicẽdũ ẽ vt dixi primo de aĩa.65. 2. de aĩa.47. forma.n. extẽſa nõ variaꝛ: variato ſubiecto: vñ ſenex ſi oculũ iuuenis acciperet videret vt iuuenis: ergo virtꝰ viſiua eſt eadem a principio vite vſqꝫ in finẽ: tũ talis virtꝰ eſt extẽſa ad extenſionẽ organi: quare virtꝰ ſenſitiua in ſe nõ itẽdeꝛ ⁊ remitteꝛ: neqꝫ erit aliqñ fortior: aliqñ ꝺbilior: ſꝫ eius organũ merito qualitatuz intendeꝛ ⁊ remitteꝛ: ⁊ ita poterit virtus organica in operationes ſuas aliqñ melius: ⁊ aliqñ peius: ⁊ variabunꝛ actus ſentiẽdi ſꝫ diuerſitatem qualitatũ ipſius organi: potẽtia organica nullatenus variata: hac de cã itaqꝫ dici põt augmentũ fieri rõne forme: nõ materie: qꝛ ꝑmanet eadẽ forma a principio augmẽti vſqꝫ in finez: mã aũt fluit ⁊ refluit: vnde quẽadmoduz in intenſione eadẽ ꝑmanet forma numero a principio alteratõis vſqꝫ in finez: ita in augmẽto ꝯſeruaꝛ eadẽ aĩa numero: ſiue illa ſit extẽſa: ſiue inextẽſa: ⁊ hec nõ niſi frequẽti tractatu ⁊ exercitio capi pñt. Poſtꝗ̃ ḡ de augmẽto fortaſſis plura diximus ꝗ̃ erat neceſſe. De tactu: actõe ⁊ mixtione ſequẽti ſumma pertractabiꝛ.

## ¶ Sũma tertia primi libri de generatiõe.

**Quoniã autẽ opꝫ.** Preſenti ſumma que eſt a Textu Cõmẽti.43. vſqꝫ ad.90. differit Ariſtoteles de tactu: actione: paſſione ⁊ mixtione. A.43. vſqꝫ ad 46. agit ꝺ tactu: his propõnibꝰ. Ea ſe tangunt primo que diuerſas magnitudines ⁊ poſitionem habentia: ſimul habent vltima: vnde requiruntur tria ad tactum hoc modo conſideratuz: diuerſa magnitudo: locus quo alteruz contineatur: ⁊ ꝙ eorum vltima ſint ſimul: ⁊ hoc modo corpora mathematica magnitudinez habentia: que ſunt abſtracta ſm rationez non ſm eſſe: dicuntur ſe tangere. Ea dicuntur ſe tangere ſecundo: que diuerſas habẽt magnitudines: ⁊ poſitionẽ hñtia: ⁊ quoꝝ vltima ſunt ſimul: ⁊ adinuicẽ agunt ⁊ patiuntur: ⁊ hoc modo grauia ⁊ leuia proprie dicũtur ſe tangere. Et ſicut mouentium quoddam eſt qḋ moueꝛ: quoddã vero eſt imobile. Ita faciẽtium quoddam eſt mobile: quoddam imobile: omne eniz faciens ⁊ agens mouens ẽ: ⁊ nõ ecõtra: eſt ergo mouere generalius ꝗ̃ agere. Tactus tertio ineſt his ꝗ̃ diuerſas magnitudines ⁊ poſitionem habentia: ſimul habent vltima: quorum quidem vnum mouet: ſed nõ eſt natum ab eo moueri: alterum vero mouetur ſolum ⁊ non mouet. Se tangentia quarto ſunt quorum vnius vis in alterum tranſit: ꝗ̃uis etiam tangens hoc modo non attingat id qḋ tãgiꝛ: ⁊ ꝺ mõ aĩ moleſtia ⁊ triſtitia diciꝛ hoiem tangere: ⁊ animũ dolore tactũ dicere ſolemus: nõ aũt ecõtra dicimus hoiem tangere triſtitiam.

**Auerrois.** 43: dicit intentionẽ phyloſophi eſſe determinare an ſint elementa. Contra elementa ſunt ꝑtes ſubiectiue naturati ſubiecti phyloſophie naturalis: ⁊ artifex non habet poteſtatem probandi ſuum ſubiectum eſſe: neqꝫ partes ſubiectiuas ſui ſubiecti.2. de anima.27. Solutio eſt: probat tñ Ariſtoteles iſta eſſe principia ex quibus fit aliquid. Item elementa poſſunt dici natura mixtorum improprie: quia exactiſſime loquendo nihil dicitur natura: niſi materia ⁊ forma ſubſtantialis.2. phyſicorum.10. ¶ Preterea notanter dicit Auerrois: congregatio mixtio eſt aliquo modo: quia ſcilicet non eſt vera mixtio. Rurſus docet contrarietatem repertam inter formas ⁊ vnitatem prime materie cauſam eſſe actionis ⁊ paſſionis. Et oẽ agens corporeum agit per contactum aut actione reali aut intentionali.

¶ Cõmento.44. ait: impoſſibile eſt imaginari eas eẽ abſtractas a loco: vt mathematici abſtrahũt eas ab alijs accidentibus naturalibus: ⁊ corpus naturale non eſt in loco niſi per ſuas dimenſiones: non per accidẽtia alia: locus ergo inſeparabilis eſt a corporibus mathematicis ſiue fuerint abſtracta in ſermone ⁊ eſſe: ſiue in ſermone tantum. Contra.4. phyſicorum.47. corpus mathematicum non eſt in loco niſi per imaginationem: Diſtinctio de loco mathematico ⁊ naturali ſoluit: de ratione loci mathematici eſt continere tantum: dimenſiones enim neceſſario occupant locum: ſiue cuz qualitatibꝰ: ſiue abſqꝫ qualitatibus intelligantur: imo implicat peripatetice loquendo: hoc corpus cubum eſſe in aqua: ⁊ latera aque non diſtare. De ratiõe loci naturalis eſt cõtinere ⁊ conſeruare.

¶ Cõmento.45. ait: mouens eſt generalius agente 3. phyſicoruz.3.12. methaphyſice.23. Preterea dicit Cõmentator tactũ in naturalibus ſumi cõiter reſpectu corporuz mouentiũ ⁊ motoꝝ tãtũ: vt ſunt corpora celeſtia ꝓprie reſpectu eorũ quorũ eſt actio ⁊ paſſio ⁊ hoc ſiue ſit vnuz agens ⁊ alterũ patiens: patet cõparato celo ad hec iferiora. vel vtrũqꝫ agat ⁊ patiaꝛ vt cõſtat reſpectu corpoꝝ ſublunariuz iter ſe. Tactꝰ itaqꝫ ſꝫ veritatẽ repiꝛ in his que agũt ⁊ patiunꝛ adinuicem.

**Sententia.** 46. vſqꝫ ad.56. ſtat in his ꝓpoſitionibus. Omnino ſimile ab omnino ſimili pati nõ põt. Oĩno diſſimile ab oĩno diſſimili pati ẽt nõ põt. Similitudo ⁊ diſſimilitudo eſt ratio agẽdi ⁊ patiẽdi. Oẽ agẽs cõicans in materia cũ paſſo in agẽdo repatiꝛ. Actio ⁊ paſſio eſt propter materiam ⁊ formaz. Actio ⁊ paſſio conceduntur ſi͞libus ⁊ diſſi͞libus: Cõuenietia ⁊ diſcõuenietia eſt cã actiõis ⁊ paſſionis.





**Auerrois.** 46. ait: dicunt autẽ ⁊ ſi aliqs oppoſuerit nobis dicendo ꝙ videmus ignem magnum extinguere paruum qui ſunt conſimiles: ⁊ etiam lumen ſolis interimere paruum lumen: dicemus ꝙ hoc nõ contingit niſi propter cõtrarietatem in quãtitate: ⁊ hoc intelligatur ſm antiquos: quia cõtrarietas in quãtitate nõ eſt de actiuis 4. phyſicorum.84. Item ait.47. cõtrariuz nõ recipit ſuum cõtrariuz: ⁊ dicebat primo phyſicorum.51. ſ. nõ alteratur in eius formaz: ⁊ cauſa expoſitõis fuit quia voluit Auerrois calidum ⁊ frigidũ ſm gradus remiſſos ſe compati: frigus nãqꝫ ſm ꝙ eſt frigus nõ recipit caliditatẽ: neqꝫ alteratur in eam: verũtamen vnũquodqꝫ cõtrariuz agit in tertiũ: ⁊ ex tertio: ⁊ ratio eſt: ſi calor ꝑ poſſibile eẽt abſtractꝰ a materia non eſſet patiens: ſed agens: quia paſſio eſt merito ſubiecti tantum: ergo ſublato tertio auffertur paſſio ergo ⁊ actio. ¶ Rurſus.48. ſermo antiquoruz verus erat ſm partem: falſus ſm aliaz: ⁊ erant ſermones eoruz cõtradictorij ſm intentionẽ: ſubcõtrarij ſm conſiderationez: Item ait: quoniam cum cõſideratum fuerit de hoc inuenitur ꝙ res agit in aliam rem inquantuz eſt cõtraria ratione ſcilicet forme: ⁊ patitur inquãtum eſt ſimilis: ratione materie. Item inquit: ⁊ ſi ſimile agit in ſimile: tunc res agit in ſeipſam: ⁊ ſi ita eſſet: nihil eſſꝫ incorruptibile ⁊ imobile: omne enim corrumperet ſe ⁊ moueret ſe: vnde idem non poteſt agere in ſeipſum corruptiue: neqꝫ mouere ſeipſum ſm eandem partem. Poteſt ⁊ idem habere in ſeipſo principium augmẽtationis ⁊ alterationis: ſtante veritate predicte propoſitionis: redditur autem aqua calefacta frigida per exitum vaporum.2. de anima. 115. Preterea.49. albedo non poteſt pati a linea: neqꝫ linea ab albedine: niſi accidẽtal'r: ſi linea fuerit nigra: ⁊ dicitur ſm famoſitatem linea eſſe albam vel nigram: ſuperficies.n. eſt ſubiectum propinquũ ⁊ immediatum albedinis. Item ſi inter magis calidum ⁊ minus calidũ ſit actio ⁊ paſſio: hoc eſt inquãtũ ſunt contraria aliquo modo.5. phyſicorum.6. ¶ Vlteriꝰ 50. ait: cauſa autem receptionis eſt genꝰ cõmune eis i. materia prima: ⁊ cauſa actionis eſt cõtrarietas. Itẽ inquit: ⁊ non tantuz ꝙ ipſa propoſitio dicens ꝙ actiua ⁊ paſſiua ſunt cõtraria eſt vera: ſed etiaz ſua conuerſa videtur eſſe vera: intẽdit Cõmentator iſtas rationes: hec ſunt contraria ergo actiua ⁊ paſſiua: hec ſunt actiua ⁊ paſſiua ergo cõtraria: ⁊ talis circulatio non facit ſimpliciter fidem: alter enim proceſſus nõ eſt ſcientificus: quia volebat demonſtrationem quia non eſſe demonſtrationẽ: neqꝫ facere ſcire. Scire.n. quia nõ eſt ſcire: vt dixi.6. phyſicoruz.15. ¶ Ampliꝰ 51. actio eſt ratione contrarietatis: paſſio conuenientie. Et licet agẽs naturale prius natura corrumpat: prius tamen intendit producere ſibi ſimile. Iterum 52. habetur iſta propoſitio: tam ſimilitudo ꝗ̃ diſſimilitudo eſt ratio agendi ⁊ patiendi: vñ ſimile nõ agit in ſimile: ſimile ſcilicet in qualitate: gradu raritate: denſitate: actione directa nõ reflexa: ⁊ modo agendi ⁊ ratio eſt: quia finis agentis eſt aſſimilare ſibi paſſum: ideo abſoluta aſſimilatione ceſſat actio: dico aſſimilare inquantũ eſt poſſibile: agens enim denſum agit vt aſſimilet paſſum in agendo; agens rarum vt aſſimilet in agendo: ⁊ in gradu: ⁊ raritate. Alij tamẽ duabus tantuz ſunt contenti limitationibus in qualitate ſcilicet ⁊ in gradu: ſm quos virtus vnita citius non intenſius producit.

**Item** ex.53. colligiꝛ reactio ſm qualitates eiuſdem contrarietatis: vñ teneo latitudinez actiuitatis ⁊ reſiſtentie qualitatũ primarũ eẽ oppoſitas: quare ſi fuerit agẽs infra ſpherã actiuitatis paſſi: ⁊ eius virtus reſiſtitiua nõ ſit maior: neqꝫ equalis virtuti actiue paſſi: ⁊ nõ fortificetur aliunde agens: agens in agẽdo repatietur. Et ſi in medio īter agẽs ⁊ paſſuz inducatur ſimul caliditas ⁊ frigiditas: tamẽ non mouetur motibus contrarijs: tales nãqꝫ motus tendunt in eundem terminum ad quez: quẽadmodũ n. aer exiſtens in igne ad locum nãlem deſcendit: ⁊ ī aqua ⁊ terra ad eundem aſcendit motibus illis idẽtitatem ſpecificam ſeruãtibus: ita medium calefit ⁊ infrigidatur non tamen motibus agitaꝛ contrarijs: per illos.n. motus deducitur mobile in eandem diſpoſitionem tanꝗ̃ in vnam formam mediam ex caliditate ⁊ frigiditate reſultantẽ. Argumentũ de parte repaſſa ſatis ẽ a nobis pertractatũ.3. phyſicoꝝ.8.

**Rurſus.** 54. ait: ⁊ cũ neceſſe ẽ vt primũ agẽs nõ patiatur: neceſſe ẽ vt ſit in nõ mã patientis: ⁊ ſic eſt ꝺ primo agente: ſcilicet corpore celeſti: quia eſt in ſubiecto diuerſo a ſubiecto ī quo ſunt res patientes: ⁊ ſi inueniatur hoc agens qḋ non ſit ī aliqua materia oĩo: neceſſe ẽ vt non patiatur aliquo modo: neqꝫ eſſentialiter: neqꝫ accidẽtaliter. Senſus eſt: primum agens nõ põt carere materia ad vbi: primum mouens põt carere omni materia. Et ſciendũ eſt: ꝙ primum mouens localiter in genere eſt celum: primum mouens ſimpliciter eſt intelligentia: primũ tamen alterans ſimpliciter eſt primum mouẽs motũ qḋ reſoluendum eſt in primum localiter mouẽs imobile: intelligentia nãqꝫ prima mouens primum localiter: nequaquã primum alterans vocari põt: ⁊ cã ẽ: vt reor: quia inſtrumentum intelligentiarum peculiare alterationem non recipit: ſed bene motũ localẽ.8. phyſicorum.20.

**Item.** 55. ait. Cauſa agens in eo ꝙ ẽ agens alia eſt a cauſa propter quã agit agens: ſcilicet forma: ⁊ ideo equiuoce dicitur de eis hoc nomen cauſa: vnde cauſalitas cauſe agentis cõſiſtit in mouere aliquid proprie ⁊ realiter: cauſa formalis eſt illa ꝗ̃ dat eſſe. Item inquit: cauſa agens differt a formali ī hoc: ꝙ agens cum fuerit erit forma: ⁊ erit in patiẽte: ſed forma cuz fuerit: nihil fiet in patiente. i. forma inducta ceſſat actio: habitibus.n. preſentibus in materia ceſſat motus. Itẽ ait: calor ſi eſſet abſtractus: ageret ⁊ non pateretur: ⁊ non haberet cauſam efficientẽ niſi ſm ſimilitudinem.4. celi primo.3. de aĩa.5.36. ſepenumero affirmaui iſtam propoſitionẽ: oẽ ꝓductuz ẽ nouũ: qꝛ nõ eſſe producti antecedit eſſe illius tempore nõ natura tantũ.

**A textu** Cõmenti.56. vſqꝫ ad.77. incipit Ariſtoteles inueſtigare qualiter veniat agens ad patiens: vt ei imprimat formaz: alij voluerunt medium eſſe poros per quos quidẽ fieret actio ⁊ paſſio: ⁊ mixtio: in corporibus nõ tranſparẽtibus: que ſunt corpora intra ſe lumen non admittẽtia: erãt pori tortuoſi ⁊ inordinati: in tranſparentibus vero ꝗ̃ ſunt recipientia lumen in partibus interioribus inueniebantur pori ordinati: veꝝ quia nõ ſunt pori ī celo ⁊ elementis naturaliſſime diſpoſitis: ideo ꝑ illos nõ fiebat mixtio neqꝫ viſio.

**Sententia.** 57.58.59. Leucippus ⁊ Democritus dixerunt actionem ⁊ paſſionem fieri per contactũ athomaliuz. Parmenides

⁊ meliſſus ponētes tantuꝫ vnuꝫ ens ⁊ īmobile: vnꝰ finituꝫ: alter infinitū: negauerūt omnē actionē ⁊ paſſioneꝫ: non erant. n. multa entia ſm veritateꝫ: ſed ſꝫ tantuꝫ apparentiā: prio phyſicoꝝ. 41. ⁊ opinari ſic: ⁊ credere ita eſſe in re iudiciū eſt demētie manifeſtū: experimētuꝫ. n. ſermonū veroꝝ eſt vt cōueniat ſenſatis. 8. phyſicoꝝ. 22. 26.

**Sententia.** 60. 61. 62. 63. Leucippꝰ ⁊ Democritus nō negauerunt multitudineꝫ entiū: ſicut Parmenides ⁊ meliſſus: ⁊ fuit poſitio Democriti ceteris rationabilior: ſaluauit. n. omnes mutationes: quas aliȷ ſaluare nō poterāt: iſte opiniones ſunt adducte primo huius a Textu Cōmenti primi vſqꝫ ad. 11.

**Sententia.** 64. Non poſſunt corpora indiuiſibilia eſſe inuicem actiua ⁊ paſſiua per vacuū: qꝛ mediū dꝫ eſſe actiuū ⁊ paſſiuū hinc eſt ꝙ non fit viſio niſi per mediuꝫ dyaphanum 2. de anima. 74.

**Sententia.** 65. Si vnum cōtrariū reperit: ⁊ alteruꝫ: hec propoſitio eſt vera: actu vel aptitudine: dicit Auerrois grauitatem ⁊ leuitateꝫ apparere priores qualitatibus alteratiuis: cauſa eſt: qꝛ grauitas ⁊ leuitas ſunt forme ſbales. 4. celi prio. 20. ſunt quoqꝫ elemēta prius mobilia motu locali ꝙꝫ motu alterationis.

**Cōmento.** 66. formatur hec conſequentia: grauiꝰ ergo calidius: que tenet qꝛ ſi grauius ergo ⁊ leuius: ergo ⁊ calidius: qm̄ leue eſt leue ꝑ caliditatē que rarificat partes materie ſue: ⁊ facit ipſum leue.

**Circa.** 67. Sciendū ꝙ denſitas dicit partiū ꝓpinquitateꝫ: propinquitas aūt partium materie in actu que in potentia eſt ad vbi: denſitas ē in celo: que qdem ad luminoſitateꝫ cōducit: ſed propinquitas partium materie in potentia ad formas ſubſtantiales in ſubceleſtibus exiſtit corporibus ⁊ cauſa opacitatis.

**Auerrois.** 68. Format iſtaꝫ conſequentiā: hec differunt in naturis ergo in aliquo differunt ergo ſunt diuiſibilia. Contra: qd de intelligētiȷs. Dico ꝙ loquit ſm antiquos nō ponentes niſi differētiaꝫ ſm ſituꝫ ⁊ ordinem.

**Sententia.** 70. 71. 72. 73. 74. Stat ī hoc declarat Ariſtoteles nō eē poſſibile aliqua eſſe corpora indiuiſibilia que ſint rerum principia: qꝛ ſi eſſent eiuſdem nature: cōtinuarent: ⁊ totus mūdus eſſet vnum corpꝰ cōtinuū: ⁊ nō eſſent inuiceꝫ actiua ⁊ paſſiua: ſi alterius ⁊ alterius nature: ille nature eſſent principia: ⁊ non talia corpora: ⁊ dicit Cōmentator figuras nō eſſe principia: qꝛ figure ſunt poſteriores illis differētiȷs: imo elemēta nullaꝫ hn̄t figurā. 4. celi. 26. talia indiuiſibilia ſi ab extrinſeco mouerent eſſent paſſiua: ſi a ſe: eſſent diuiſibilia ī partem mouentē ⁊ motaꝫ: vel actus ⁊ potentia in eodem cōgregabunt. Ex hoc loco colligitur indiuiſibile alterari nō poſſe. Tenet Marſilius implicare ꝯdictionē punctū eſſe qualē ſeu calidum: qꝛ ſi caliditas que nunc eſt in ſubiecto diuiſibili ponat in puncto: eſſꝫ finite ⁊ infinite intenſionis: ideo arbitratur punctum nullo modo alterari poſſe: nec per ſe: nec ꝑ accidens: ſed tm̄ ſm imaginationē: pōt tn̄ dici ꝙ caliditas in puncto nō eſſet alicuius intenſionis: qꝛ eēt dempta quātitas: ⁊ ſi eſſet alicuius intenſionis eſſet infinite intenſa: ⁊ hoc caſu nullatenus ageret: ⁊ tūc corolarie ſequit aliquā caliditatē finitam maioris eē potētie caliditate infinite intēſiōis: pꝫ de caliditate ī ſubiecto diuiſibili ⁊ alia ſubiectata in puncto.

**Sententia.** 75. 76. ſtat in hoc: oſtendit Ariſtoteles fruſtra poros poni ꝑ actionē ⁊ paſſionē: ⁊ licet interdum pori faciant ad facilitandā actionē: non tn̄ ſemꝑ: nō ſunt ergo ponēdi Pori vt corpora agant ⁊ patiant.

**A textu** Cōmenti. 77. vſqꝫ ad. 82. declarātur ꝓprietates actionis ⁊ paſſionis: qnqꝫ principiȷs explicate. Pria ē: patiens tale eſt ſm qualitatem potentia: quale agens eſt actu. Eſt nāqꝫ mobile potentia tale: quale mouens eſt actu: oē ꝙ agēs agit ſm ꝙ eſt in actu formaliter vel virtualiter: patit ſm ꝙ eſt in potentia. 3. phyſicorum. 17. 8. phyſicorum. 55.

**Secunda** conditio eſt. Debet paſſum eſſe paſſibile ſm quālibet partē: ⁊ ita partes centrales terre ⁊ ignis contangentes celum ſunt corruptibiles ⁊ de facto aliqn̄ corrūpent.

**Tertia** eſt. Patiens magis diſpoſitum magis patitur: ⁊ minus diſpoſitū minus: magis enim diſpoſitum minus reſiſtit: ergo velotius patitur.

**Quarta** eſt omne patiens continuū eſt ſm magnitudinem ⁊ non in partes diuiſuꝫ ſi nanqꝫ paſſum foret actu diuiſum: eſſent plura patientia ⁊ non vnum.

**Quinta** eſt: agens debet eē propinquū paſſo vt ipſum tangat: mouens. n. primum ⁊ proximum ſimul eſt cuꝫ moto. Quo fit vt quelibet pars continui ſit diuiſibilis: ⁊ vt antiqui male dixerint: non poſſe ſcilicet fieri generationem: corruptionem: actionem ⁊ paſſioneꝫ: niſi corpora reipſa diuiderentur: ⁊ in partes diſtraherentur: vt niſi fiat corporum congregatio: aut ſegregatio. Nō etiā ſit augmētatio aut paſſio ex athomorū congregatione: nā ſi ſic: non quelibet pars aucta inueniretur: ſed ea tantum cui aduenirent athomi: perinde vt ſi glatiei circūponeretur aqua que continue in glatiem mutaret nūqꝫ interiores glatiei partes augerentur: ſed tantū exteriores: ⁊ ſi manui aduenirent athomi: manus tantū augeretur ⁊ non pes. Unde eſt aduertendū ꝙ ad congelationem ex parte materie requiritur aqua: ⁊ terra: quia apparet aqua turbida poſt degelationē: ⁊ exalatio ſicca per quā melius conſtringūtur partes inuicem aque ⁊ terre: alioquin non aſcenderet glaties in aqua: ex parte efficientis frigiditas ⁊ determinatus aſtrorum aſpectus: que omnia ꝯcurrunt ad clauſuram ⁊ conſtrictionem aque ⁊ terrē ſimul: ⁊ ꝯmixtionem exalationis ſicce cuꝫ illis. Et dicit Cōmentator cōmento. 80. videmus ideꝫ corpus reuerti modo humidum: modo ſiccum: tamen eadē natura remanente ſine diuiſione contingente ei ⁊ ſine compoſitione ⁊ ſine diuerſitate in ſitu partium: ⁊ in ordine: ex qua auctoritate patet error eorum qui credunt rarefactionem eſſe motum ad ſitum tantuꝫ: hucuſqꝫ itaqꝫ ē declaratum: propter quid eſt actio ⁊ paſſio: quibus conuenit actio ⁊ paſſio. Que ſit cā actionis ⁊ paſſiōis: ⁊ quo modo fiat actio ⁊ paſſio.

**A textu** Cōmēti. 82. vſqꝫ ad. 90. inueſtigat qd ſit mixtio: qd miſcibile: an mixtio ſit: ⁊ quomodo ſit.

**Sententia.** 82. ſtat in hoc. Sunt qui mixtionem fieri nō poſſe oſtēdūt: hoc modo



modo: aut miſcibilia manent in mixto: ⁊ ſi ſic: nō potius poſt mixtionē dicerent mixta ꝙꝫ ante: aut vtrūqꝫ miſcibiliū perit: ⁊ ita nō erit mixtio: quia que non ſunt: mixta eſſe nō poſſunt: aut vnum manet ⁊ alteꝝ non: ſed hoc non: quia quod nō eſt: alteri miſceri nō poteſt. ¶ Eſt cōſiderandum: reperitur mixtio cuius miſcibilia manent ante ⁊ poſt mixtioneꝫ actu: vt mixtio qua miſcetur granuꝫ grano: alia eſt mixtio cuius miſcibilia pereunt: ſed partes quantitatiue manent actu ante ⁊ poſt mixtionem: vt mixtio qua miſcetur vinuꝫ aque: alia eſt cuius miſcibilia ſunt ante mixtionem: non poſt: vt mixtio elementoruꝫ pro generatione tertiȷ: alia eſt mixtio de qua loquitur Ariſtoteles hic: que eſt: cum elementa omnia veniunt ad mixtionem: vnde omnia miſcibilia ſiſir ſe hn̄t ante ⁊ poſt ⁊ diſſimilr ſe hn̄t ante ⁊ poſt:

**Sententia.** 83. ſtat ī hoc. Mixtio nō eſt generatio: nec alteratio: nec augmentatio: neqꝫ ecōuerſo: nō eſt generatio: qꝛ forma ſubſtātialis nō miſcetur materie: nec materia forme cuꝫ nō ſint corpora naturalia magnitudinē habentia: quorum vnū ab altero ſeparari ⁊ ſeorſum ſaluari poſſit: ſed vna forma ſubſtantialis deperditur: ⁊ altera acquiritur: in mixtione vero nulla acquiritur aut deperditur ſubſtantia. Neqꝫ mixtio eſt alteratio: quia qualitas nō miſcetur ſuo ſubiecto: cuꝫ prius ſeparatim exiſtens: poſtea ſuo ſubiecto non coniungatur: vnde caliditas non admiſcetur aque: nec frigiditas ligno. Item ab augmentatione differt mixtio: quia in augmentatione forma ſubſtantialis cibi deperditur: ⁊ forma nutriti in eius mā acqrit: in mixtiōe vo nulla deperdit forma ſubſtātialis.

**Sententia.** 84. Miſcibilia in tertio ex eis aggregato non actu manent: ſed potentia: nō enim miſcibilia corrūpuntur: nec alterum: ſed eorum virtus ſaluatur: ⁊ dicit Auerrois ideo dicimus ꝙ nō corrumpebant perfecte: neqꝫ remanſerunt: ſicut fuerunt ante iſtuꝫ: ⁊ nō dicit Cōmētator ꝙ ſimplr nō remaneāt: qnimo ſm ipſum remanent actu in mixto. 3. celi. 67.

**Sententia** 85. 86. narratur opinio antiquorum dicentium mixtionem fieri per iuxtapoſitionem minimorū ſm ſenſum: ſm hāc opinionem mixtio erat cōpoſitio: ⁊ non quelibet ps mixti erat mixta ⁊ ꝙ erat imixtum vni erat mixtum alteri. Recitatur ⁊ opinio dicentium mixtionem fieri per iuxtapoſitionem minimorū ſm formā: ⁊ eſt minimuꝫ ſm formaꝫ: cū pars non eſt eiuſdem denominationis cum toto: ſm hanc opinionē: non quelibet pars mixti eſt mixta. Aliȷ voluerunt mixtionem fieri per iuxtapoſitioneꝫ indiuiſibiliuꝫ que tamē indiuiſibilia nō dari manifeſtuꝫ eſt.

**Sententia.** 87. 88. Miſcibilia ſunt eandeꝫ ſpecie habentia materiaꝫ: ſoluꝫ eniꝫ cōmunicantia in materia ſunt adinuiceꝫ actiua ⁊ paſſiua: ⁊ dicit Cōmentator eſſe mixti conſiſtere in temperamēto qualitatuꝫ primaruꝫ. Item miſcibilia debent eſſe proportionata in magnitudine ⁊ paruitate ⁊ inquit Auerrois: facilitatem mixtionis eſſe ex humido: difficultateꝫ ex ſicco: ⁊ hoc niſi humida ſint viſcoſa.

**Sententia.** 89. 90. Mixtio ſit miſcibilibꝰ in potētia adeqtis: dicit Auerrois quantitas eſt ſubiectum illius qualitatis duorū mixtorum ideſt natura quāta: ⁊ ſunt equalia aut prope: dicit prope: propter equale ad pondus. Cōmento. 90. non contradicit Auerrois Auicenne: ſed 3. celi. 67. vnde putauit Auicenna formas ſubſtantiales elementorum non intendi: nec remitti: ſꝫ qualitates duntaxat. Et docet Albertꝰ eq̄litatē aliaꝫ eē arithmeticam: aliam geometricam ideſt aliaꝫ abſolutam: aliam reſpectiuam. Elementa non ſunt equalis contrarietatis: non eſt adequatio in actiuitate: non in reſiſtentia: non eſt tanta actiuitas: quanta reſiſtentia: ſed debet eſſe adequatio in comparatiōe ad determinatam formā. Eſt ergo mixtio miſcibiliū alteratoꝝ ſi corruptoꝝ vnio.

## Digreſſio.

**Primus** liber de generatione quibuſdā abſoluatur documentis: primū ſit tale. Elementa virtute propria nō habent poteſtatem producendi mixtuꝫ: neqꝫ accidentia ſubſtantiā: hoc fundamento: demonſtrata forma mixti nunc producta: imediate ante hoc inſtans alicuius certe difficultatis fuit illam formam producere ⁊ imediate ante hoc minor fuit potentia actiua elementorum: quia remittebatur ad non gradum: ergo: in productiōe eniꝫ alicuius forme eſt difficultas ⁊ corrumpendi ⁊ ꝓducendi formaꝫ: aliter ignis poſſet producere hominē: quoniam poteſt tollere diſpoſitiones reſiſtentes īductioni forme hominis. Iterum elementa nō ſunt cauſa vniuoca: quia non eiuſdem rationis: nec equiuoca: quia non ſunt perfectiora mixto: nihil eniꝫ poteſt agere vltra gradum proprium. Contra: poſſibile eſt mixtum nunc primo habere eſſe: ⁊ illud qđ prio egit ad productionem illius nunc primo non eſſe: ergo: probatur aſſumptum. Tū quia: eadem eſt natura forme permanentis in primo inſtanti ſui eſſe ⁊ poſt: ſed poſt non repugnat: ergo nec ante. Tum quia forma permanens eſt tota ſimul ergo cum eſt facta non reqrit agens: in primo ſui eſſe eſt complete producta: ergo. Tum quia forma in primo ſui eſſe non reqrit materiam in potentia ad ipſaꝫ: ergo tunc nō requiritur agens ipſam formam. Secundo principaliter arguitur. Accidens virtute propria poteſt ꝓducere ſubſtātiam: ergo. Tuꝫ quia calor virtute propria poteſt diſponere ergo inducere. Tum quia calor poteſt corrūpere virtute propria ſubſtantiā ergo ⁊ generare: poteſt nāqꝫ calor ſūmus inducere in aquam calorem incompoſſibilem aque. Tum quia: ignis non agit niſi vt calidus: nec elementa agunt ⁊ patiuntur inuiceꝫ: niſi per qualitates primas. Solutio eſt: in primis dico ꝙ repugnat naturaliter aliqd ſub certo gradu actiuitatis imediate ante hoc inſtans qđ eſt preſens fuiſſe ⁊ illud idem nūc non eſſe. Inſuper dicitur forma permanens: non quia poſſit eē ſine agente: ſed ſic vocatur: quia omnes eius partes ſimul ſunt. Iteruꝫ in primo inſtanti forma requirit agens prius egiſſe: ⁊ nunc eſſe in producto eſſe. Ad ſecundū principale reſpondetur calorē non poſſe virtute propria diſponere pro forma ſubſtantiali: neqꝫ corrūpere virtute propria: neqꝫ inducere in aquam caloreꝫ incōpoſſibilem aque. Iterum ignis non agit imediate ꝑ formaꝫ ſubſtantialem: ſed per caloreꝫ: tamen forma ignis eſt ei prima ratio agendi: ⁊ ſi calor ſit igni ratio calefaciendi: non tamen generandi ſubſtātiā: vnde ſole qualitates elementorum ſunt elementis proxima ratio agendi: non tamen prima ⁊ principalis. Et ſi per poſſibile caliditas eſſet ſeparata a ſubiecto: ⁊ ageret: vir

tute celeſti duntaxat diſponeret ⁊ induceret ſubſtantiam.

**Secundum** documentuʒ ſit tale. Elemẽta nõ ſm eſſe perfectum: ſed remiſſuʒ ⁊ imperfectũ remanent in mixto: qualitates naqʒ in ſũmo in mixto non reperiuntur: ergo neqʒ formẽ elementoꝝ ſm eſſe perfectũ ⁊ ſũmuʒ: vñ cum qualitates elementoꝝ intendantur ⁊ remittantur: ⁊ ſuſcipiant magis ⁊ minus: ⁊ ſint paſſiones eoꝝdeʒ: forme quoqʒ elementoꝝ ſubſtantiales intendentur: ⁊ remittẽtur: ſuſcipitatqʒ magis ⁊ minus: ⁊ ita erũt gradus forme ſubſtantialis ignis diſtincti a gradibꝰ qualitatum. Cum enim elementuʒ ſit id ex quo componitur aliquid ⁊ eſt in eo: ⁊ indiuiſibile in alteram ſpeciem: ⁊ vnũquodqʒ maneat in illo quod componitur ex illo: permanebũt elemẽta formaliter in mixto. Item non eſt elementuʒ niſi elemẽtati: ⁊ ſunt elementa materia mixti: ergo remanent in mixto. Iterum mixtio eſt alteratoꝛuʒ ⁊ non coꝛruptoꝛuʒ vnio: miſcibilia eniʒ in mixto non ſunt coꝛrupta. Contra: ſubſtantia ⁊ accidens diſtinguũtur ꝑ rationes cõtradictorias ergo inter illa non exiſtit mediuʒ. Dico ꝙ inter ſubſtantiaʒ perfectaʒ ⁊ accidens eſt mediũ per participationẽ conditionũ ſubſtantie perfecte ⁊ accidentis. Iterum: nihil eſt medium inter ea que ſunt diuerſoꝛuʒ generuʒ: ſba ⁊ accidens ſunt diuerſoꝝ generum: ergo. Dico nihil eſſe mediuʒ per participationem diuerſoꝛuʒ generuʒ: cum hoc tamen ſtat formas elementoꝛuʒ mediare inter ſubſtantiaʒ perfectã ⁊ accidens: quantuʒ ad conditiones conuenientes ſubſtantie ⁊ accidenti. Rurſus: forme ſubſtantiales elementoꝛuʒ intenduntur ⁊ remittuntur ergo acquiruntur per motuʒ: diſtinguendo motuʒ contra generationeʒ. Dico motuʒ ⁊ generationeʒ differre ex parte ſubiectoꝛuʒ ⁊ terminoꝛuʒ: ſubiectuʒ generationis eſt materia pꝛima: ſubiectuʒ auteʒ motus eſt completum actu: ad formas itaqʒ elementoꝛuʒ eſt veriſſima generatio licet ſucceſſiue intendantur. Item vnum mixtuʒ eſſet quattuoꝛ ſuppoſita ⁊ in quattuoꝛ ſpeciebus: quia quelibet forma ſubſtantialis cõſtituit ſuppoſitum in determinata ſpecie. Dico formaʒ elementi in mixto non denominare: tum quia in materia in qua exiſtit eſt aliqua forma nobilioꝛ: tum quia eſt ibi ſm eſſe imperfectuʒ ⁊ remiſſuʒ: vnde cum ex mixto generatur mixtuʒ: elementa acquirunt taleʒ pꝛopoꝛtioneʒ qualem requirit forma mixti generati: tenenduʒ eſt ergo in mixto elemẽta formaliter remanere: mixtio naqʒ eſt miſcibiliuʒ alteratoꝛum vnio: alteratio autem ⁊ vnio non conuenit eis que nõ ſunt: vult Ariſtoteles elementa non coꝛrumpi cuʒ veniunt ad mixtionem.

**Tertium** documentuʒ tale eſt. Inquirendũ eſtʒ quo modo elementa in mixto habent ſituʒ: vel eniʒ habent ſitũ diſtinctum: vel nõ: ſi ſic: non quelibet pars mixti eſſet mixta: ſi non: daretur penetratio coꝛpoꝛuʒ. Dico ꝙ elementa veniũt ad mixtioneʒ: cum tria agunt in quartuʒ: cuius materia venit ſub formis elementoꝝ refractis: vbi pꝛiꝰ inueniebatur ſub forma elementi intenſa ⁊ perfecta ſed pꝛo nunc hec ſufficiãt. 3. celi hanc materiã diffuſiſſime tractabo.

¶ Tiberij Bacilerij Bononienſis Lectura in ſecũdũ librũ de generatione.

**D**e mixtione quidem. Intentio Ariſtotelis in hoc ſecundo libro eſt determinare de vocatis elementis ⁊ eoꝝ contẽperamẽtis. A textu Cõmenti pꝛimi vſqʒ ad. 24. inueſtigat numerũ qualitatuʒ pꝛimarũ: ⁊ elemẽtoꝝ. A. 24. vſqʒ ad. 46. differit de generatõe elementoꝝ. A. 46. vſqʒ ad. 51. agit de generatiõe mixtoꝝ. A. 51. vſqʒ ad 70. loquitur de cauſis omnibus generationis ⁊ coꝛruptionis.

**Sententia** Textus Cõmenti pꝛimi. 2. 3. 4. 5. talis exiſtit. Veteres pꝛĩcipiũ materiale dixerunt eſſe ens actu: ſiue id elementum eſſet: ſiue medium aeris ⁊ ignis. Errauit Plato: pꝛimo quia nõ clare expꝛeſſit an materia ſit coꝛpus ſimplex: an mixtũ. Scdo qꝛ hac vtebatur ſimilitudine ſicut aurũ ſubicit rebus ex auro factis: ita mã ſubiciebatur rebus naturalibus.

**Eſt** pꝛimo aduertendũ. Eiuſdem artificis officiuʒ eſt conſiderare de generatione ⁊ de eo qd̃ pꝛimo eſt cauſa generationis: ⁊ ſunt elementa: veluti illius ſcientie cuius officium ẽ ꝯſiderare pꝛimũ ens: eiuſdẽ officiũ ẽ ꝯſiderare ens inquãtũ ens.

**Iterum** ait Auerrois: amplius de generatiõe ⁊ coꝛruptione ſimplici cõi ſimplicibꝰ ⁊ compoſitis ideſt mixtis. ſ. que erit ex vno in vnuʒ. Sẽſus eſt: vt generatio eſt mutatio vnius ex vno. i. a pꝛiuatione ad habitum: tractatur pꝛimo ⁊ 5. phyſicoꝛum: ⁊ pꝛimo libro de generatione: vt eſt vnius ex multis ideſt mixti ex elementis inquiritur hoc ſecundo libro.

**Item** inquit: quoniã ſi omnia compoſita fuerit ſenſibilia neceſſe eſt vt elementa eoꝝ pꝛopinqua ſint ſenſibilia: ratio eſt: quia elementũ remotũ vt eſt materia pꝛima nõ eſt ſenſibile. 3. celi. 61. coꝛpoꝛum etiaʒ ſenſibiliuʒ ſublunariũ qualitates pꝛime ſunt differentie. 2. de anima. 117. 3. de aĩa. 63. 3. phyſicoꝛum. 48. ⁊ hac lege maioꝛ eſt colligantia potẽtiarũ ꝙ̃ʒ obiectoꝛũ: quantitas eniʒ nõ ſentitur ab aliquo ſenſu exterioꝛi niſi ſit coniuncta ſenſibilibus ꝓpꝛijs: quare manus applicata celo ipſuʒ nõ tangeret: neqʒ perciperet: cuʒ ibi non ſint qualitates pꝛime:

**Amplius** ait: omne coꝛpus exiſtens in actu non põt fugere contrarietatẽ: vnde ſi eſſet vnuʒ coꝛpus cuius vna medietas ſit calida ⁊ altera frigida: vna grauis ⁊ altera leuis. Vel eſſet tale coꝛpus non actu: ſed potentia caliduʒ ⁊ frigidũ graue ⁊ leue. Vel ſentienduʒ eſt tale coꝛpus collectiue eſſe calidũ ⁊ frigidũ: nõ diuiſiue: quẽadmodũ dici conſueuit de ſcuto cuius vna medietas ſit alba: ⁊ alia nigra.

**Item** Sciendũ eſt ꝙ materia eſt magis ſubſtãtia ipſa forma: ſi ſubſtantia dicatur a ſubſtando: forma autẽ quia dat perfectionẽ cõpoſito: eſt magis ſubſtãtia materia. Et ſi Ariſtoteles pꝛio phyſicoꝛũ. 69. declarauerit naturã materie pꝛime per cõparationẽ auri ⁊ ligni ad opera: ⁊ hic in hoc repꝛehẽdatur Plato. Dico ꝙ foꝛtaſſis arbitratus eſt Plato illaʒ eſſe omnimodã ſimilitudinẽ: nõ ſic Ariſtoteles: ⁊ hoc ẽ



⁊ hoc eſt ꝙ inquit Auerrois: ⁊ hoc quod dixit nõ eſt verum in rebus generatis: ſed in rebus alteratis in quibus videlicet ſubiectum eſt ens actu: ibi in potentia.

**Sententia.** 6. ⁊. 7. ſtat in hoc. Semper materia in potentia que eſt pars eſſentialis omniuʒ coꝛpoꝛũ ſublunariũ eſt cõtrarietati copulata: que quidem ſubiectuʒ eſt ⁊ radicale ⁊ totale generationis ⁊ formaruʒ ſubſtantialiũ: accidẽtium auteʒ eſt ſubiectũ radicale non totale. Rurſus qualitates tactu perceptibiles ſunt pꝛincipia ⁊ differentie elementoꝝ: quibus vnuʒ ab altero differre cognoſcimus: queruntur eniʒ elementoꝛũ differentie vt ſenſibilia ſunt: ⁊ vt ſunt actiua ⁊ paſſiua. Iteʒ pꝛiuatio que eſt in pꝛima materia nõ denudatur a pmis qualitatibus cõtrarijs. 2. phyſicoꝛuʒ. 15. que quideʒ cõtraria ſunt pꝛincipia omniũ que generantur ⁊ coꝛrũpuntur. i. in generatione ſubſtantiali non dicitur materia ſub imperfecta forma: niſi ratione qualitatũ pꝛimarũ. Amplius ſi quis dicat. Elementa ſunt coꝛpoꝛum naturaliuʒ pꝛima ergo ſm pꝛimas ſumentur qualitates: at qualitates viſibiles ſunt pꝛioꝛes tangibilibus. Solutio eſt: elementa ſunt pꝛioꝛa ſm oꝛdineʒ generationis: nõ ſm perfectioneʒ: ⁊ dicit Auer. non poteſt aliquis dicere ꝙ cõtrarietas que eſt in viſu eſt pꝛioꝛ ꝯtrarietate tactus: nõ enim querimus in hoc loco pꝛioꝛitateʒ ſm fineʒ ⁊ formaʒ: ſed ſm ſubiectuʒ ⁊ materiã que eſt pꝛioꝛitas ſm naturã. Senſus eſt: cõtrarietas que eſt in viſu eſt pꝛioꝛ ſm formaʒ cõtrarietate tactus: cõtrarietas tactus pꝛioꝛ eſt ſm materiaʒ ꝯtrarietate viſus: ideo hec ſimplr̃ pꝛioꝛ eſt: cũ materia abſolute ſit pꝛioꝛ forma: obiectũ autẽ viſus ⁊ ſi ſit cõius cauſalitate: non tamẽ pꝛedicatione obiecto tactus: neqʒ in elemẽtis nãliter diſpoſitis inueniunt colores: que qdem ſi viſibilia exiſtant: nõ tñ ꝑ coloꝛeʒ pꝛopꝛiũ ſed ꝑ alienũ percipiuntur.

**Sententia.** 8. vſqʒ ad. 16. ſtat ĩ hoc. Quia non ſecundum grauitatem ⁊ leuitatem: ſed ſecundum calidum: frigidum humidum ⁊ ſiccum elementa ſunt actiua ⁊ paſſiua: iccirco ſm calidũ: frigidũ: humidũ ⁊ ſiccũ ſumenda ẽ differentia ⁊ numerus elementoꝛũ: ⁊ nõ ſm grauitatem ⁊ leuitatẽ. ¶ Eſt pꝛimo notanduʒ: inueniuntur duo ſenſus tactus: vnꝰ reſpectu calidi: frigidi: humidi: ſicci: alius reſpectu grauis ⁊ leuis: cũ. n. ſint duo modi ĩmutandi tactũ: alteratione. ſ. ⁊ motu locali: ponũtur duo ſenſus tactus. 2. de aĩa. 108. Iteʒ calidũ congregat homogenea ⁊ entia cõſimilis nature. Etherogenea diuerſeqʒ nature entia ſeiungit: dicit Auerrois: cõgregationi homogeneoꝛũ accidit ſeggregatio etherogeneoꝛũ. i. cõgregare per ſe cõuenit igni: ſeggregare vero per accidens. Eſt autẽ frigiduʒ qd̃ ⁊ homogenea ⁊ etherogenea cõiungit: multa naqʒ alterius ⁊ alterius nature ꝑ frigiditatem cõſolidant: ⁊ ait Auerrois: frigus eſt cõgregãs ⁊ determinans homogenea ⁊ etherogenea.

**Iterum** humidum eſt male terminatũ termino ꝓpꝛio: ⁊ bene terminabile termino alieno: humida naqʒ ⁊ fluida figure continentis ſeſe pꝛomptiſſime accomodant: ſiccũ vero diffinitur id eſſe: quod bene terminatur termino pꝛopꝛio ⁊ male termino alieno.

**Item.** Subtile: Groſſuʒ: Lubꝛicũ: Aridũ: Molle: Durũ: ad aliquas ꝑdictaꝝ qͥttuoꝛ reducunt: ꝓſertim ad humidũ ⁊ ſiccũ: nam ſubtile reducitur ad humidũ: ſicut enim humidum facile replet continens ⁊ eius concauũ tangendo figuram ſequit ita ſubtile ⁊ multo facilius: ꝙ̃uis id ſenſui minꝰ ſit cõpertũ. Groſſuʒ autẽ reducitur ad ſiccũ quod eſt humidi oppoſituʒ. Eſt naqʒ regula generalis: ſi quattuoꝛ ſint accidẽtia: quoꝛũ duo pꝛia ſint oppoſita: ⁊ duo etiaʒ poſtrema: ſi tertiuʒ eſt in pꝛimo: ⁊ quartum erit in ſecundo.

**Amplius** lubꝛicũ reducitur ad humidũ: nã lubꝛicũ eſt humiduʒ: aliquid pinguedinis ⁊ viſcoſitatis habens admixtũ: vt oleum. Aridũ auteʒ lubꝛico oppoſituʒ reducitur ad ſiccũ oppoſitũ hũidi. Itẽ durũ quod coagulatũ eſt reducitur ad ſiccũ: nã extrĩſecã habet ſiccitatẽ: vt metallũ. Molle reducitur ad humidũ: quod in ſeipſuʒ cedat: vnde multis modis dicitur humidũ: pꝛimo qd̃ extrinſecã in parte exterioꝛi ⁊ ſibi non naturaleʒ habet humiditatẽ: vt terra perfuſa pluuia: herbe aſperſe roꝛe: ⁊ tale humidũ dicitur vdũ. Secundo eſt id quod alienaʒ ⁊ ſibi non conuenientẽ humiditatẽ habet in partibꝰ interioꝛibus: vt terra cũ pluuiã imbiberit: ⁊ ſpongia ⁊ lana aque ĩmerſa: ⁊ dicitur infuſuʒ. Tertio dicit qd̃ naturaleʒ ⁊ ſibi conuenienteʒ habet in pꝛofundo humiditateʒ: ⁊ dicitur coagulatuʒ: vt metalluʒ ſolidũm intus latentẽ retinet humiditateʒ. Quarto qd̃ naturalem ⁊ in ſuperficie ⁊ in pꝛofundo retinet humiditatem: vt aqua ⁊ aer: ⁊ hic modus pꝛopꝛius eſt. ad quẽ tres pꝛioꝛes reducuntur. Differentie igitur elementoꝛum ſm quattuoꝛ pꝛimas qualitates tangibiles ſumende ſunt.

## Digreſſio.

**Inquiratur** nũquid caliditas: frigiditas: humiditas ⁊ ſiccitas ſint qualitates pꝛime. Pars affirmatiua eſt vera: inter enim qualitates ſenſibiles conuenientes generabilibꝰ in quantum generabilia ipſe ſunt pꝛioꝛes oꝛdine ⁊ cauſalitate: cum actione earuʒ generarentur alie in ſimplicibus ⁊ mixtis: graue enim ⁊ leue: duruʒ: molle: lubꝛicũ: aridũ: aſperũ: lene: groſſuʒ: ſubtile: rarũ: dẽſuʒ ad illas quattuoꝛ reducuntur. In pꝛimis graue ⁊ leue ſunt poſterioꝛa qualitatibus pꝛimis: quatenꝰ videlicet dicunt ⁊ impoꝛtant grauitationẽ ⁊ leuitationem ⁊ motus quoſdaʒ deoꝛſuʒ vel ſurſuʒ: quia ergo hec nomina graue ⁊ leue ſignificant contrarietatem ſm motuʒ tantũ ſine alteratione ⁊ paſſione: ideo grauitas ⁊ leuitas non ſunt qualitates pꝛime. Item ait Auerrois: Alexander dicit ꝙ Ariſtoteles tacuit denſitatẽ ⁊ raritatẽ: aut quia collocatur ſub graui ⁊ leui: aut ſub duro ⁊ molli: ⁊ tacuit aſperitatem ⁊ lenitatẽ: quia aſperitas eſt ſiccitatis: ⁊ lenitas ex humiditate: ⁊ hoc quidem non eſt manifeſtũ: vitrũ. n. rarũ ẽ ⁊ durũ: ⁊ vitrũ eſt lene ſed non humidũ. Similiter etiaʒ vitrum rarũ eſt ⁊ graue: nubes autẽ denſe ⁊ leues: ⁊ viſuʒ eſt: quoniã non tacuit raritatem ⁊ denſitatẽ niſi propter hoc ꝙ ſunt qualitates non actiue conſequentes caloꝛem ⁊ frigus: raruʒ naqʒ inſequitur caliditatem: denſuʒ frigiditatẽ. Contra: aliquid eſt calidius ⁊ denſius: ergo. Solutio: in elementis calidius ẽ rarius: non in mixtis: ⁊ frigiditas copulata ſiccitati cã eſt maxime denſitatis. Vtrũ vero detur influentia diſtincta realiter a motu ⁊ lumine: qua celuʒ conſeruet elementa frigida declaratur. 2. celi. 42. tenendum eſt tamen ad mẽtionẽ Auer. celũ duplici duntaxat inſtrũto motu ſcilicet ⁊ lucẽ agẽ in hec inferioꝛa.

**Sententia.** 16. vſqꝫ ad. 24. ſtat in hoc: tantū ſunt quattuor elementa: cū ſint quattuor cōbinationes vtiles quattuor primarū qualitatū. Ignis eſt calidus ⁊ ſiccus: ſed primo calidus. Aer calidus ⁊ humidus: prio humidus. Aqua frigida ⁊ humida: primo frigida. Terra frigida ⁊ ſicca: ſed primo ſicca.

**Eſt Primitus** aduertendum. Regula arithmetica aduertenda eſt. Deme a numero pari duo: ipſum multiplica p reſiduū medietatē: ⁊ adde medietatē numeri: ⁊ erit numerꝰ cōbinationuꝫ. Deme a numero impari vnuꝫ: ⁊ per medietatē reſiduū multiplica ipſum: quare quattuor erunt elementa: ⁊ multiplicatis mixtis non eſt neceſſe elementa multiplicari quo ad ſuppoſita.

**Item** ſciendum: omne actiuū habet ſuuꝫ ſubiectum propriū: calidū ignis habet ſiccum: calidum aeris humidū: frigidū aque humidū: frigidum terre ſiccuꝫ: ⁊ hac lege nō inconuenit idem eſſe ſubiectū contrariorꝫ. Ex ordine etiā qualitatum ſumitur ordo elementorū: ſi aqua ſit primo frigida: neqꝫ opus eſt elemētuꝫ quodlibet aliquo decorari animali: ſunt quoqꝫ tres motus ſm ſpecieꝫ ſubalternā: ſm ſpecialiſſimaꝫ ſex: ⁊ ita ſunt tantum quattuor elementa.

**Iterum** aduertenduꝫ: intenſior eſt caliditas in igne hic q̃ꝫ in elemento: eo quod ipſa ſuſcipitur in ſolidiori ſubiecto: ⁊ eſt factuꝫ ad finem generationis: ne ignis ſcilicet reliqua corrūpat elementa: caliditas. n. ignis fortificatur propter materiam ſuſcipientē: ſi enim aliquod eſt primū ⁊ ſit cā alicuius: id pōt ſibi amplius ⁊ minus in eſſe ſꝫ ſubiectū ſuſceptionem.

**Amplius** qualitates motiue ſunt quattuor ſpē diſtincte: ⁊ in elementis quelibet illaruꝫ eſt ſub eſſe intenſo ⁊ perfecto. Motus ēt elementorum ſunt diuerſi ſpecie ⁊ natura: tum quia motus elementi eſt ſimplex: ergo cauſa principalis ⁊ inſtrumentalis eſt ſimplex: primo celi. 8. tum quia in elemētis medijs forme ſbales ſunt ſm eſſe pfectū ergo ⁊ qualitates motiue.

**Item** ſciendū in elementis reperiri ambas q̃litates in ſummo: quo tamē non obſtante ignis eſt primo calidus. Aer primo humidus. Aqua primo frigida. Terra primo ſicca: per has enim qualitates elementa magis reſiſtunt cōtrarijs q̃ꝫ p alias ſecundarias eis conuenietes. Quodlibet ergo elemētum duas habet qualitates: vnam actiuam: alteram paſſiuam: tum propter contrarietatem quam habēt elementa adinuicem: tum quia vnūquodqꝫ elementum eſt miſcibile cuꝫ alio: ⁊ habet vnūquodqꝫ elemētum vnam illarum in ſummo ⁊ primo: aliam ſecūdo: duo enim non ſequūtur eandem formā numero immediate ⁊ eque primo: ⁊ cū hoc ſtat vnūquodqꝫ elementuꝫ habere ambas qualitates in ſūmo: qñ elemētum eſt in ſua naturali diſpoſitione: ſi enim in elemētis eſſet qualitas remiſſa: omnia elementa eſſent ſimbola: quia remiſſio eſt per admixtionē contrarij: ſimplex etiam forma elementi non poteſt hic truncataꝫ qualitatē. Et ſi eſſet in terra frigiditas remiſſa ſine cōtrario: vt multi opinantur: latitudo in inſtanti induceref: ⁊ eſſet ignis remiſſi caloris dato ꝙ terre ſūme ſicce ⁊ frigide vt. 4. applicetur ignis. ſublatis enim quattuor gradibus frigiditatis: erunt inducti totidē caliditatis: ⁊ ita erit ignis naturaliter diſpoſitus: remiſſe: truncateqꝫ caliditatis. Itē: elementa naturaliter diſpoſita licet habeant ambas q̃litates in ſūmo: vt tamen veniunt ad mixtionē non ſunt elemēta ſumma. Elemēta quoqꝫ per qualitates quas ſibi prio determinant magis cōcurrunt ad mixtionē q̃ꝫ per qualitates quas ſecundo ſibi vendicant: ⁊ attentione digniſſimū eſt: ſicut ignis ⁊ terra contrariantur contrarietate extremi ad extremū: quia ignis in tribꝰ aſcendit elementis: terra in tribus deſcendit: ita aer ⁊ aq̄ cōtrariantur contrarietate extremi ad extremū: quia aer deſcēdit in vno ⁊ aſcēdit in duobꝰ: aqua aſcendit in vno: ⁊ deſcendit in duobus: his dictis ꝯſtat tantū eſſe quattuor elementa.

Sūma ſecunda Secūdi libri de generatione.

**Quoniam autem** determinatū. Preſenti ſūma que eſt a Textu Cōmēti. 24. vſqꝫ ad 46 differit Ariſtoteles de generatione elementorū: his propoſitionibus. Elemēta adinuicē generātur ⁊ corrūpunt. Elemētorū quodlibet ex altero quolibet generari poteſt. Elemēta ſimbola facilius adinuicē traſmutant ⁊ citius: diſſimbola vero difficilius ⁊ tardius. Ex elementis nō ſimbolis ſimul collectimqꝫ ſumptis pōt tertium elementū generari. In elementis ſimbolis ſiue conſequētibus ſiue non ſe conſequentibus vnum ex altero gignitꝛ: ex duobus tamen ſimul iunctis non producitur tertium. Elementa non ſunt rerum naturaliuꝫ materia. neqꝫ elementum elemento materia eſt. Impoſſibile eſt elementa in infinitum ſm rectitudinē procedē: noue ſpeciei elementū ſemper ſumendo: ſed ipa ſpecie finita neceſſe eſt eſſe. Non recte dixit Empedocles elementa eſſe adinuicē intranſmutabilia: ſed tū adinuicem ſm equalitatem comparabilia. Empedocles non conuenienter ponit augmētationē: neqꝫ ꝺ alijs motibus verā fecit determinationē. Non recte dixit Empedocles oīa ⁊ ſubſtantias oēs: tū ꝯpletas: tum incōpletas ex elementis componi.

**Circa.** 24. Sciendū ꝙ ex elemēto totali nō poteſt quodlibet elementuꝫ generari: qꝛ ſic rueret mundus: imo elemēta ſm ſe tota ſemper permanent in eadem menſura ⁊ proportione: vnūquoduis tū pedale cuiuſlibet elementi quantuꝫ eſt ex ſe ⁊ natura ſua pōt tranſmutari in quodlibet elementuꝫ: neqꝫ diſtantia impedit: quodlibet enim cū quolibet habet contrarietatem: ⁊ cōicant omnia elementa in materia.

**Circa.** 25. 26. aduertendū ꝙ ex parte actiuitatis tantuꝫ in diſſimbolis eſt facilior tranſitꝰ: quia ibi due qualitates agunt. In ſimbolis vna tantum. Ex parte reſiſtentie in ſimbolis ē facilior tranſitus: cum ibi ſit minor reſiſtentia. Merito aūt actiuitatis ⁊ reſiſtentie ceteris paribus ⁊ in his ⁊ in illis eſt eque facilis tranſitus: cū equalis ſit proportio duorꝫ agentium ad duo paſſa: talis ē vnius ad vnū. Voluit autem Ariſtoteles inter elementa ſimbola faciliorꝫ eſſe tranſitum: qꝛ ibi pauciora agunt: ⁊ pauciora reſiſtunt: adeo tamen vnum ꝙ elementa conuenietia in raritate facilius tranſmutant q̃ꝫ diſcōuenietia: ⁊ hac ratione ignis ⁊ aqua citius ſunt tranſmutabilia q̃ꝫ ignis ⁊ terra. Remanet auteꝫ eadem qualitas. i. cōſimilis



milis in elemēto genito ⁊ corrupto: vt dixi. 2. de aīa 4. ⁊ primo huius. 24.

**Circa.** 27. 28. 29. 30. Sciendum primā generationem eſſe cum corrumpitur tantū vna qualitas. Secunda eſt: cū pereunt due: ⁊ generantur due. Tertia eſt: cum corrumpuntur due ⁊ nulla generatur: ⁊ ſic patet que iſtarum trium generationum eſt facilior: que difficilior. Eā tribus autem aſſerit Auerrois cōmento. 30. vnum non poſſe produci: ⁊ intelligitur ſtante dominio ⁊ ſubdominio illorum trium elemētorꝫ: aliter ex aqua: igne: ⁊ aere: victo penitus aere oriretur terra ſine aliquo inconuenienti.

**Textu** cōmēti. 31. 32. 33. 34. oſtendit Ariſtoteles elementa neqꝫ media inter illa poſſe eſſe materiale principium rerum naturalium: cuꝫ illud ſit materia prima pura potentia ſubiecta priuationi: ⁊ dimenſionibus interminatis: vna numero ſm eſſentiam reſpectu omnium generabilium ⁊ corruptibilium: multiplicata tamen ſm multitudinem formarum: a quibus ſuſcipit eſſe: ſeiungitur autem materia a priuatione: primo phyſicorum. 80. materia manet: priuatio non: materie non opponitur forma: ſed priuationi: Materia eſt pars ſubſtantie: priuatio non. Aliqui dicunt ꝙ materia ⁊ priuatio ſumētes occaſionem ab Ariſtotele: primo phyſicorū. 60. ſunt vnum numero: quia priuatio eſt in materia: ſicut ſortes ⁊ quantitas eius ſunt idem numero: quo ad exiſtentiam: ⁊ ſi a materia ſeparetur aliqua forma: materia eſt priuata illa priuatione priuata: qua antequaꝫ recepiſſet erat priuata priuatione priuante.

**Circa.** 35. videtur eſſe ſuperfluitas ī dictis Ariſtotelis: ſupra probauit elementa non poſſe eſſe principiuꝫ materiale: hic facit idem: ergo. Dico ꝙ ſupra probauit elementa non generari ex illo vt materia: hic non generari vt principium. In fauorem antiquorū arguitur: ante finem hore ignis tranſmutabit aquam aliquanta velocitate: ⁊ dupla ad illam: ⁊ ſic in infinitum: ex quo minorabitur reſiſtentia in infinitum: ⁊ augebitur proportio in infinitum potentie motiue ſupra reſiſtentiam ergo velocitas intendetur in infinitum ergo in fine hore erit caliditas infinita: ſi eniꝫ motus terre creſceret in infinitum: ⁊ grauitas: primo celi. 51. Dico ꝙ maioratur velocitas ⁊ proprio in īfinitum: tamen caliditas eſt finita: quia ignis tranſmutat ſolam aquam finitam tempore finito. Grauitas terre eſſet infinita: ſi terra tempore finito pertranſiret ſpatium infinitum.

**Circa.** 36. Sciendum ꝙ nullum elementum cōtrariatur duobus elementis diuerſis in ſpecie: eque primo: eiſdem contrarietatibus: quia tunc illa duo elementa eſſent eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſime. Omnia etiam elementa ⁊ proxima ⁊ diſtantia habent contrarietatem: ⁊ nullum cōtrariatur pluribus eadē cōtrarietate eque primo.

**Commento.** 37. habentur iſte propoſitiones: equalitas ſm proportionem non eſt vere equalitas. Illa que ſunt eiuſdē generis communicant in materia. Vnus pugillus aque eſt equalis decem aeris ſm quantitatem: nam quātitas eſt eterna materie: ⁊ tāta eſt multitudo materie in vno pugillo aque: quāta in deceꝫ aeris. Inſuper elementa ſm ſe tota aſſerit Cōmentator non eſſe equalia ſm qualitatem: ſed ſꝫ partes: vnde elementum ſm ſe totum habet ad aliud proportioneꝫ equalitatis: a proportione autem equalitatis non fit actio. Colligitur ex textu preſenti comparata ſm quātitatem cōmunicare in materia: quare ſol ⁊ terra comparabuntur in quātitate: vt mathematica eſt: q̄ vt ſic non requirit idem ſubiectū.

**A textu cōmenti.** 38. vſqꝫ ad. 46. oſtēdit Ariſtoteles Empedoclem non potuiſſe ſaluare augumentationem: generationem: motum localem violentum: ⁊ naturalem: alterationem: ⁊ adiungit animam non reſultare ex elementis: quia ſi ſic: qualitates ſpirituales recipere non poſſet: Sed notandum ꝙ ſtante equali applicatione agentis ad paſſum: nunquam eſt poſſibilis vniformis alteratio: ⁊ in infinitis partibus proportionalibus producentur īfinite caliditates quarum nulla erit intēſior caliditate producta in prima parte proportionali: hec de ſecunda ſumma.

Summa tertia ſecundi libri de generatione.

**E elemētis aūt ex** Preſenti ſumma que eſt a textu cōmenti. 46. vſqꝫ ad. 51. determinat Ariſtoteles de generatione mixtorum: his propoſitionibus: Nō recte dixit Empedocles ex elementis ſm ſubſtantiam manētibus fieri mixtum: queadmodū ex lateribus ⁊ lapidibus fit domus: tunc enim mixti acquiſitionū eſſet generatio: ſed multoruꝫ per ſe ⁊ actu exiſtentiuꝫ congregatio: que non conſtitueret vnum ſimpliciter ſed aggregatione ſolum. Elementa in generatione mixti ſe ad quandam temperiem reducere ⁊ eorum qualitates in excellentia remitti: ad mediocritatēqꝫ temperari: vt ita contemperate cōueniant nature ipſius mixti: ⁊ ſic fiat mixtum. nam proprium eſt elementis in ſuis excellentijs manentibus nihil poſſe gigni: quare elementa non ſunt materia mixti: neqꝫ qualitates elementorum in excellentia contrarie ipſius itideꝫ materia ſunt: ſed natura ſubiecta quattuor elementorum qualitatibus ad mediocritateꝫ contemperatis: ipſius mixti materia eſt: que medium vocatur: quia vniuſcuiuſqꝫ elementoruꝫ naturaꝫ participat ⁊ qualitates habet elementoruꝫ remiſſas: ⁊ medias in comparatione ad illas in elementis excellentes ⁊ extremas: ⁊ hec materia per formaꝫ mixti ſubſtantialeꝫ regitur ⁊ informatur. Quodlibꝫ mixtuꝫ perfectuꝫ circa terraꝫ: que eſt mundi mediuꝫ: exiſtens ex omniuꝫ elementoruꝫ contēperamento naſcitur: circa mediuꝫ quideꝫ mūdi exiſtunt animalia que in terra aut ſuper terram degunt. Vegetabilia que radicem terre infixam habent: ⁊ mineralia: que terra effodiuntur. Primo ꝙ quodlibet huiuſmodi mixtorum ex terra componitur: cuꝫ vnūquoduis mixtuꝫ naturam illius participet: in cuius loco ortum eſt. Ex aqua vero: quia res mixta indiget terminatione ⁊ ſuaruꝫ adinuiceꝫ partium continuatione: aqua autem optime terminabilis eſt a terra: ⁊ ſuo humore terreſtria continuantur: ne ſua ſiccitate diſſoluātur: vnde pulueres aridi abinuiceꝫ coniuncti humore continuātur. Et in lignos exauſto humido aqueo terreſtria diſperguntur: ⁊ ſi

unt cineres ſegregati:que tamẽ prius per huiuſmodi humidum aqueum in ligno coniuncta erant ⁊ continuata. At ſi terra ⁊ aqua in mixto fuerint:⁊ ignem ⁊ aerem in eo eſſe neceſſe eſt:nam mixtum perfectũ ex contrariorũ contemperamento naſcitur:non eiꝫ contemperamentum eſt niſi ex contrarijs: at ignis aque:⁊ aer terre contrariatur:igitur ⁊ ignis ⁊ aer in mixto erunt: quare omnia ſimplicia corpora in mixto inuenientur. Mixta quoqꝫ animata cũ elemẽtis nutriant:ex illis itidẽ exiſtent.

**Circa.** 46.⁊.47. Sciẽduꝫ ꝙ ex vnitate materie ſequitur inuicem generabilitas:⁊ ex inuicem generari colligitur vnitas materie:vnde nõ inuenitur materia vna cõmunis vniuſcuiuſqꝫ reruꝫ naturalium niſi ex rebus habentibus generationem ⁊ interitum:ſiue vnuꝫ in alterum tranſmutetur:ſiue in aliud eiuſdem ſpeciei:vel generis vniuoci cum eo. Duo nãqꝫ indiuidua ignis actu exiſtentia non ſunt tranſmutabilia adinuicem:tamen habent eandẽ materiam.

**Circa.** 48. Aduertenduꝫ ꝙ via compoſitionis mixta producũtur ex elementis: via reſolutionis eſt ẽconuerſo:que quideꝫ elementa ĩ mixto ſunt equalia potentia atqꝫ virtute:equalitate ſcilicet arithmetica non geometrica: ideſt elementa ſunt in mixto ſꝫ ꝙ expoſcit forma mixti: ⁊ eſt mixtũ medium inter elementa per participationem:non ꝑ abnegationeꝫ. Auerrois in cõmento.48. arbitratur miſcibile dominans ſimpliciter conuertere aliud in ſui naturaꝫ:miſcibile dominans dominatuꝫ remanere in mixto. Fatetur non dari mediuꝫ temperatum equaliter:neqꝫ ſcilicet quo ad qualitates motiuas: neqꝫ quo ad qualitates alteratiuas:ſed inuenit cõplexio temperata iudicialis ſm ꝙ expoſcit ſpecies aliqua:quare reprehendit hic Galenum:dicebat.2. colliget errorem Galeni in hoc fuiſſe paruum. Arbitrantur medici in cuti equalitateꝫ eſſe ponderalem. Marſilius credit equalitatem in alteratiuis ⁊ nõ in motiuis. Contra:ille ſunt equales ergo ⁊ elementa ergo ⁊ motiue: agens enim tantum dat de forma: q̃tum de conſequentibus formam. Quare tenendum eſt non dari equale ad pondus: neqꝫ in motiuis:neqꝫ in alteratiuis qualitatibus: quod ſi ꝑ poſſibile daretur:non duraret niſi per inſtans: cui nullum conſeruans poſſet applicari; verũ de his dicaꝫ diffuſe primo celi.7.

**Circa.** 49.50. Sciendũ ꝙ finis terre in mixtis eſt figurare:retinere:ſeruare figuras: ⁊ formas. Aqua vero habet figurare formas:lineare: temperare. Aer confert vt mixta rarificentur:ſubtilientur:alleuientur ⁊ ad ſuperiora eleuentur. Officium ignis eſt maturare:ſubtiliare:permiſcere ⁊ frigiditatem aliorum ſubmittere. Rurſus notanda eſt iſta propoſitio:ex eiſdem ſimus ⁊ nutrimur: que eſt ſcripta.2.celi.21.2.de anima.28.⁊.2.de generatione animalium capitulo primo: intelligitur eniꝫ iſta propoſitio ĩ ſpeciebus perfectis: aliter prim⁹ mus ⁊ ſecundus cum nutriantur ſanguine: eſſent eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſſime. Contra Cõmẽtatorem.8.phyſicorum.46.7.methaphyſice.28. Item cum dicitur hic ⁊.4.celi.35.elementum ſuperius eſſe formam ⁊ perfectionem inferioris: ⁊.2.de anima.26. nullum corpus eſſe formam corporis:hic de extrinſeca.2.ð anima de intrinſeca loquitur perfectione.

Sũma quarta ſecundi libri de generatione.

# Quia vero ſunt.

Preſenti ſumma que eſt a textu cõmẽti.51.vſqꝫ ad.70.determinat Ariſtoteles de cauſis generationis ⁊ corruptiõis:his ꝓpoſitionibus. Tot ſunt generationis reruꝫ naturaliũ principia ⁊ in eodeꝫ genere cauſe:quot ſunt principia in corporibus celeſtibus:ſempiternis ⁊ primis: patet nam reperitur materia celi:itelligentia que eſt forma ei⁹ ⁊ mouens celuꝫ:ita inuenitur materia que eſt altera pars corporuꝫ ſubceleſtium:forma ſubſtantialis:⁊ cauſa efficiens:quare equalia ſunt numero in celo ⁊ rebus naturalibus:nam tria. Neqꝫ idee:neqꝫ materia cauſa eſt effectiua generationis. Qualitates prime non ſunt precipua agentia:⁊ efficiẽtia. Perpetua eſt generationum ⁊ corruptionuꝫ ſucceſſio. Pro perpetua reruꝫ generatione non ſufficit motus primi mobilis:ſed preter illuꝫ:inferioruꝫ ſpherarũ motus ⁊ accidentarios ⁊ proprios inter ſe longe diuerſos ponere neceſſe eſt:nam eadem cauſa ⁊ eodem modo diſpoſita eoſdeꝫ effectus producere nata eſt: ſi igitur eſſet ſoluꝫ primi mobilis circulatio:eoſdem produceret ⁊ conſimiles effectus: vtpote aut ſemꝑ generationem:aut ſemper corruptioneꝫ:quare ponende ſunt plures celorum lationes:que tanq̃ꝫ contrariorum naturam habentes contrarios faciant effectus:modo ſcilicet generationẽ modo corruptionem:⁊ ita firmamenti circulatio non eſt generationis aut corruptionis cauſa: ſed circungiratio ſolis ſub zodiaco ſe ſemper agitantis. Tempus generationis viuentium eſt equale tempori corruptionis: nam cuꝫ equalis eſt ſpatij per quod fit motus diſtãtia:equalis eſt motus:at diſtantia acceſſus ad nos q̄ fit ſole intrante arietem ⁊ cetera ſigna vſqꝫ ad librã eſt equalis diſtantie abceſſus ſolis a nobis qui fit ſole intrante libram ⁊ ſequentia ſigna vſqꝫ ad arietẽ: Arcus.n.acceſſus (vt cõmuniter dicitur) complectitur ſex ſigna: Arietem: Tauruꝫ: Geminos: Cancrũ: Leonem ⁊ Uirginem:exiſtentia citra equinoctialeꝫ ad polum arcticũ vergentia: Arcus etiam abceſſus comprehendit ſex ſigna: Libram: Scorpiũ: Sagittarium: Capricornũ: Aquariũ: Piſces exiſtẽtia vltra equinoctialẽ ad poluꝫ antarcticũ: Unde fit vt vniuſcuiuſqꝫ viuẽtium vita certam habeat durationis metam qua determinatur:omnia enim certo conſtant ordine:⁊ que in tempore degunt viuentia:definitã habent qua clauduntur periodum. Rationabiliter euenit vt perpetue ſint rerum generatiões ⁊ corruptiones:nam natura ſemper melius:imo que optimum poteſt deſiderat: vt optimo ſuo auctori quãtũ ſibi conceditur aſſimiletur:eiuſqꝫ queperoptime poteſt bonitatem declaret ⁊ refferat:melius autem eſt eſſe q̃ꝫ non eſſe:eſſe nãqꝫ eſt veſtigiuꝫ primi ⁊ ſũmi entis a quo omnia ſunt:non eſſe vero defectus eſt ab illius participatione ⁊ cõmunicatiõe. De neceſſitate nature eruntrerum generatiões: ſi vlr ⁊ generali notioni explicent: vt de neceſſitate nature erũt homines:oliue:leones:⁊ que nunc ſunt neceſſario conſimilia ſm ſpecieꝫ generabunt:alioquin mũdus ſuis numeris non eſſet perfectus: Speciali auteꝫ ⁊ ſingulari modo explicando hic hõ futurus non de neceſſitate



neceſſitate erit:q: ſeruata ordinatiõe nature poterit non eſſe:⁊ ſicut ãbulaturus põt ambulare ⁊ nõ ãbulare. Ita ſingulare quod generandũ eſt poteſt generari ⁊ non generari: Aliquid neceſſe eſt fieri: Aliqd vero poteſt fieri ⁊ nõ fieri. Item ſi poſterius eſt:pri⁹ eſt:non tamen econuerſo:vbi aũt poſterius ſit ð neceſſitate nature:ſi prius eſt poſterius eſt: Generationes ſm rectum non perpetuantur:non ſunt eniꝫ corpora naturalia ſpecie infinita:ſed ſm circulũ bene perpetuantur: Generatio nubis ex pluuia ⁊ ediuerſo ꝓprius imitat celi circulationẽ. naꝫ ſicut ea eſt ab oriente in occidentẽ:⁊ rurſus in orienteꝫ:ita huiuſmodi generatio fit ex aliquo in alterũ:⁊ rurſuꝫ ex altero in primũ. Animaliũ vero generatio ex ꝓpria ↄueniẽteqꝫ materia minus imitatur motũ celi:cum non fiat ab eodem in idem ſm ſpeciẽ: ſed ad diuerſas progrediẽdo ſpecies videt eſſe ſm rectum: Corpora natura cõſtantia quoꝝ ſemꝑ eadem eſt ſubſtantia:indefluxa:ingenerabilis ⁊ incorruptibilis: cuiqꝫ nihil per generationẽ accedit:nihil ꝑ corruptionem ſubtrahitur:eadem numero redeũt ⁊ iterãtur: quorũ vero ſubſtantia deflua eſt:caduca ⁊ corruptibilis non redeũt eadem numero: ſed eadem ſpecie ſolum:nã corruptũ idẽ numero natura redire non poteſt.

**Auerrois.** 51. ait primo:concurſus ab vniuerſalibus ad particularia ẽ maior via cognitionis in natura:vniuerſalia enim ſunt notiora ⁊ quo ad nos ⁊ quo ad naturã:ſtando ſemꝑ in eodem genere noticie:primo phyſicorũ.4.57.2. de anima primo dicebã:cognitio vniuerſalis ſemꝑ in eadem facultate precedit cognitionẽ propriam: ſiue illud vniuerſale primaria:ſiue ſecũdaria intẽtione cõſideret:⁊ ita methaphyſicus prius de ente diſſerit q̃ꝫ de intelligẽtijs:at ordo habituum ſm ordinem exiſtit obiectorũ per ſe primo conſideratorum.

**Item** ait:pricipia corporũ generabiliũ ⁊ corruptibiliũ ⁊ nõ generabiliũ ſunt eadem numero quãuis dicant ſm prius ⁊ poſterius:⁊ vlr ſunt tria.ſ.materia:forma:⁊ agens:hec autem duo: materia ⁊ forma:non ſufficiunt in rebus generabilibus niſi ſit cauſa agens ⁊ mouens:ſicut non ſufficiunt in corporibus eternis. Senſus eſt: ſi principiũ analogice dicitur de materia:forma ⁊ agente celeſtibus ⁊ ſubceleſtib⁹:⁊ appropriate dicit de cã efficiẽte:⁊ hec tria in celo ratione dũtaxat ſeiungũtur. 12. methaphyſice.25. ideo ſepe tria:interdũ duo predicantur.2.celi.3.2.de aia.21.22.

**Rurſus** inquit:cauſa aũt que eſt quaſi materia.i.que habet rationem materie in generabilibus eſt illud in quo eſt contingẽtia. Senſus eſt:cõtingẽtia eſt amplior libertate:q: ipſa naſcitur ex materia pria:libertas oritur ex intellectu poſſibili:qui ſolus inter naturas intellectuales diſcurrit:nullus nãqꝫ inuenitur effectus contingens: qn ad ipſum cõcurrat materia pria: nullus liber qn ad ipſum cõcurrat homo.

**Iterum** ait:ergo vna cã rerũ generabiliuꝫ ⁊ corruptibiliũ eſt illud qð recipit cõtingẽtia.ſ.cã materialis:qua quidem res põt eſſe ⁊ non eſſe.7.methaphyſice.22.9.methaphyſice.17. primo celi.136.vnde aduertendũ:cauſa interit⁹ aialium ſubceleſtium eſt:q: humidũ radicale cõſumit: ⁊ dato ꝙ reſtauratũ eẽt eque bonũ ſeu melius reſoluto:⁊ pro vita ⁊ pro operationibus: accideret corruptio tunc:non ꝓpter defectũ humidi:ſed q: calor euaporaret:veluti contingit in magno gaudio: homo morit ꝓpter expanſionẽ caloris naturalis ad extra ſuo ſimili gaudẽte:⁊ dato ꝙ humidũ reſtauratũ eſſet melius ſeu eque bonũ in qualitate ⁊ quãtitate ⁊ calor nullo modo euaporaret:adhuc viuẽs perueniret ad mortẽ:q: elemẽta appetũt naturalr redire ad loca propria:deſideriũ aũt elementorũ appetentium ſe reducere ad qualitates ⁊ loca propria cã eſt vniuerſalis interitus mixtorum:quo modo mixtuꝫ vniforme ab intrinſeco deficeret. Amplius elementa ſunt ſm partes corruptibilia: non ſm tota:⁊ non eſt alia cauſa:niſi materia prima:⁊ cõtrarietas in formis:valet.n.hec cõſequentia: hoc habet materiam in potẽtia partem ſui eſſentialem:ergo eſt generabile:corruptibile alterabile.

**Cõmento.** 52. dicitur primo: ⁊ iſta forma q̃ eſt agens ⁊ abſtrahẽs eſt q̃ mouet formas iſtarũ rerum ſenſibiliũ in materijs:vt dixit Plato: Senſus eſt:voluerũt Plato: Themiſti⁹: Auicẽna:agens naturale imediate diſponere materiam ⁊ ſubiectũ:agens autem ſeparatũ imediate introducere formaꝫ:quinimo Plato tenuit: vt ſcribit Auerrois.12.methaphyſice.44.creatorem creaſſe angelos manu:deide eis precepiſſe creare alia mortalia:⁊ ipſum permanſiſſe in quiete ſine labore:que verba Platonis forte fuerunt cauſa ſabbati poſiti in lege filiorum iſrahel.

**Item** ait: Ariſtoteles redarguit vtrũqꝫ:cuꝫ dicit ꝙ facientes cãm materialem meli⁹ cõſiderant:cum dant principia tranſmutationis:iquãtum tranſmutationis eſt principium:alij autem dãt principiũ nõ cõueniẽs tranſmutatiõi:forma.n.cum inuenitur:quieſcit trãſmutatio:quo modo ergo poterit eſſe cã tranſmutationis: ⁊ cõtradicit dicentib⁹ formas eſſe cauſas agẽtes ꝓpinquas:quoniã ſi eſſet ſicut illi inquiũt:itaqꝫ non oporteret ponere cauſam tertiã:contingeret vt generatio eẽt cõtinua ⁊ perpetua:forma.n.ſi ſemꝑ eſt:⁊ recipiens ſemper ẽ:quare ergo fiet in aliqua hora: ⁊ in alia non. Senſus ẽ: arbitrat Ariſtoteles ideꝫ agẽs diſponere materiã ꝑ introductiõe forme ⁊ inducere formã.7.methaphyſice.31.⁊ hoc qñ eſt diſpoſitio eſſentialr ordinata ad aliqueꝫ actũ:licet.n.calor in igne exiſtens poſſit ex natura ſua inducere aliquẽ gradũ caloris:tñ non poteſt inducere illũ gradũ:qui eſt vltima diſpoſitio ad formã ſubſtantialẽ niſi virtute ſubſtantie:teneo eĩm calorem ignis non poſſe ex ſe inducere in aquã calorẽ aque icõpoſſibilẽ:ſolus nãqꝫ calor q̃ꝫ q̃ꝫ ſit igni ratio calefaciendi:non tñ ſolus eſt ei ratio generandi ſubſtantiam:quare ſi ydea ſufficeret cũ materia: cui ſemper eſt preſens:omne poſſibile generari:ſtatim generaretur.

**Iterum** inquit: Ariſtoteles reſiſtit Platoni: ⁊ q: forma non eſt agens ſimpliciter:⁊ quia ſunt cauſe propinque ⁊ eſſentiales. Ponit enim Ariſtoteles formas agentes:quamuis eſſe earum apud ipſum ſit aliud ab eſſe earum apud Platonẽ:differt quidẽ a Platone i modo eẽndi formas:⁊ in modo actionis earũ tantum:non in eẽ earum ſimpliciter:neqꝫ in actione earum ſimpliciter. Senſus eſt:reſiſtit Ariſtoteles Platoni in duobus: primo:idea non eſt agens ſimpliciter:itaqꝫ nõ ſit aliud principiũ:ſecũdo:idea nõ eſt cã ꝓpinqua ⁊ eſſentialis:vnde differũt tantũ in modo eſſendi formas

⁊ in modo actionis earū: non in eſſe eaꝝ ſimpliciter dātur nāqꝫ apud Ariſtotelem forme in intellectu noſtro abſtracte que habent aliquo modo mouere: ⁊ habent tales forme ſm eſſe intentionale rationem idee.

**Rurſus** ait Ariſtoteles: ⁊ doctrinam facit doctor: veꝝ ſi ſit vnus intellectus ī omnibus hominibus: vt Auerrois tenet: eadēz erit ſcientia preceptoris ⁊ diſcipuli: ⁊ ita doctor non faciet ſimpliciter ſcientiam in diſcipulo: qꝛ illa prius erat 3. de anima. 5. Ueritas tamen eſt ꝙ preceptor cauſat in diſcipulo nouam ſcientiam excitando ingenium eius ꝑ principia nota ⁊ per determinatā principiorum ad concluſionez applicationē: neqꝫ ſequitur ꝙ ſciētia ſit qualitas actiua: quādo. n. actiua qualitas agit in aliud: non requirit in illo in quod agit eē aliquod agens principale iuuans ipſam: at ſcientia preceptoris non eſt qualitas ſufficiens ad inducendum ſcientiam in diſcipulo: ſed principale agens ē intrinſecum diſcipulo: vt eſt intellectus agens ſuo lumine.

**Cōmento.** 53. formatur hec conſequentia: non eſt cauſa agēs ergo nec formalis niſi raro ⁊ accidentaliter: tum quia forma nō eſt in materia niſi per actionem agentis: tum quia materia pura potentia non poteſt reducere ſe de potentia ad actum: quare idee ſm Platonem qꝛ erant ſeparate generationē ⁊ corruptionem imediate cauſare non poterant.

**Auerrois.** 54. ⁊ 55. ait: ſed quia videmus ī quibuſdam ꝙ magis ſunt agentia q̄z alia: elementa digniora ſunt vt corrupant res q̄z generent: quapropt neceſſe eſt ſi generēt res vt habeant agens quod faciat ea per temperamentuz ⁊ alterationem apta vt aliquid fiat: ⁊ eſt celum: inferatur elementa ſic conducere ad corruptionem: imo aſſerendum eſt hec inferiora eſſe inſtrumenta ſuperiorū: ⁊ ceſſante principali ceſſat inſtrumentum: inſtrumentum. n. artificis non mouet niſi ſm artificem: hinc eſt ꝙ. 8. phyſicorū. 47. dicit hoiem in generatione hominis eſſe quaſi inſtrumētū: celū quaſi artifex: in artificialibus inſtrumenta ſine artifice nō cōducunt ad interitū: in naturalibus ignis ſine virtute celi mouet ad corruptionē. Unde diligēter ē aduertendū: corpora ſimplicia ſunt elementa: Mixta alia ſunt perfecta: alia imperfecta: perfecta: quedaz ſunt aīata: quedā inaīata: aīata: alia ſunt aīata aīa vegetatiua: alia aīa ſenſitiua: homo viuit ſenſu ⁊ intellectu: horū oīum corporū materia prima ē ꝑs eſſentialis: quoꝝ pōt cōſiderari generatio: corruptio ꝑmanentia: operatio: res materiales quo ad ſuū generari ⁊ corrumpi pendent a celo: tum rōne cauſalitatis motus celi: hic ⁊. 2. celi. 21. intelligentie eīm immediate nō ſunt cāe niſi mediāte motu: primo methaphyſice. 21. cum non ſunt motus celeſtes nō erit generatio: neqꝫ corruptio: prima cauſa eſt dator eē omnibus entibus: primo celi. 100. 4. capitulo ꝺ ſubſtantia orbis: ⁊ non niſi mediante motu: quo ſublato aufertur influxus prime cauſe: tum ratione primitatis: ſublato primo cetera remouenꝟ. 8. phyſicorū 77. ſunt inferiora per ſe ordinata in celum: ceſſante cauſa vlī ceſſat particularis. Item hec inferiora ſunt inſtrumenta ſuperiorū. Item non eſſet tempus: ergo. Contra. 12. methaphyſice. 18. Cōmētator reducit hec ī intelligentiaz non errantem. Diſtinctio de termino vltimato ⁊ non vltimato ſoluit: primū alterans quod eſt primū mouēs motū reducit in primū mouens imobile.

**Dicit** Auerrois. 56. cauſa ergo continuitatis prime generationis ⁊ corruptionis eſt primus motus: cauſa autem generationis ⁊ corruptionis eſt ꝙ mouentur ſtelle ⁊ planete in orbe iſto: cum habeant diſpoſitiōes diuerſas entibus: quoniam aliquādo appropinqnant: aliquādo remouētur: quare eſt eorum diuerſa operatio: oportet ergo ꝙ ſi per elongationem corrumpit: ꝙ per appropinquationem generationē faciat: quia cōtrariorum ſunt cōtrarie cauſe. Senſus eſt: agens omne ſemper inquātum idem eſt īnatum facere idem: ⁊ ſi facit diuerſa: hoc eſt inquātum non idem: dūmodo diuerſitas effectuū non proueniat ex diuerſitate materie.

**Iterum** ait: Planeta appropinquādo operatur: ſm eius remotionē operatur cōtrarium: motus enim cōtrariaꝟ motui non abſolute: ſed reſpectu generatorum ⁊ corruptorū: aliquando enim planeta accedit: aliquando recedit: ⁊ hoc per lineam circularem cuius vna pars eſt nobis ꝓpinquior: ⁊ alia remotior: poſitis. n. epiciclis ⁊ eccentricis planeta terre proximior efficitur: ⁊ ab ea ſepe elōgatur: Mens tamē Auerrois talis exiſtit. 2. celi. 35. Primo motus celi non eſt vniformis ⁊ equalis quo ad partes ſubiecti: qꝛ partes propinque polis tardius: diſtantes vero velocius mouentur. 8. phyſicorum. 84. eſt tamen vniformis quo ad tempus: qꝛ in partibus temporis equalibus ſpatiuz pertranſitur equale: a celo ergo remouetur difformitas motus quo ad tempus: que quidez difformitas naſcitur ex diuerſa proportione agentis ſupra reſiſtentiā. Amplius ſciens Cōmentator vnius corporis ſimplicis eſſe tantum vnum motum naturalē: dicit. 2. celi. 75. vnius planete eſſe plures motus non abſolute ſed congregatos in vnum ſubiectum: ⁊. 12. methaphyſice. 44. dicebat motus vnius ſtelle componi: conſtat autem ea venire ad vnitatem: que compoſitionē faciunt: ⁊ congregantur in eodem: vnde duo motus ſimplices re diſtincti non poſſunt vniri ſimul in eodem ſubiecto: propter ergo defectus plenetarū qui citto manifeſtanꝟ pōt Cōmentator diuerſitates motus planetarum vocare plures motus: ⁊ hoc de firmamento dici non poteſt in quo diuerſitates ⁊ defectus tardiſſime apparent: ⁊ hec eſt cauſa ꝙ Cōmentator dicit. 12. methaphyſice. 45. vera aſtrologia fundata eſt ſuper motum eiuſdem orbis: cui motui accidit velocitas ⁊ tarditas. Item cauſa diuerſitatis in motibus planetaꝝ eſt aut eccentricus ⁊ epiciclus: aut motus plures ex quibus fit vnus motus diuerſus in velocitate ⁊ tarditate ⁊ progreſſione ⁊ retrogradatione: ⁊ hoc habetur. 2. celi. 35. 12. methaphyſice. 44. vnde apud Mathematicos plāeta ē ſtationarius prima ⁊ ſecūda ſtatione: quando eſt verſus oriens ⁊ verſus occidens: eſt retrogradus in pūcto epicicli terre propinquiori: directus in puncto illi oppoſito: ſed quia ab vna propoſitiōe habente plures cauſas veritatis non ſequitur altera cauſarū: idō Cōmentator vult ꝓpter diuerſitatē in motibus planetarum ⁊ ꝓpter retrogradationē ⁊ directionem nō eſſe inferendum dari epiciclos ⁊ eccentricos. Ueritas enim peripatetica eſt: cuz non poſſit eſſe motus circularis circa aliud q̄z circa centrū totius: nō dabitur epiciclus ⁊ eccentricus: omnis enim motus ſimplex



ſimplex eſt aut ad mediū aut a medio: aut circa medium: ⁊ cum idem ſit locus totius ⁊ partis: erit centrum mundi centrū oīum orbium celeſtium: cū ſint eiuſdem nature analogice: vnde elementa vt cōtraria ſunt habent loca diuerſa: nō vt elementa ſunt ſꝫ corpora celeſtia non potuerunt habere loca diuerſa: cū non ſint cōtraria. Iterum dico aſtronomos non demonſtrare epiciclos ⁊ eccentricos aliquo genere demonſtrationis: nō a priori vt patet: neqꝫ a poſteriori: qꝛ aliūde poteſt effectus apparēs ꝓuenire q̄z ex epiciclis ⁊ eccentricis: vnde lꝫ ſi eſſet eccentricus eſſet diuerſitas in motibus planetarum: non tamē ex diuerſitate in motibus planetarū ſequiꝟ eccentricus: ab vna enim ꝓpoſitiōe habente plures cauſas veritatis ad vnam illarum non tenet ratio ſed bene econtra. Uerū qꝛ in motibus planetaruz triplex apparet differentia: vna eſt in latitudine: qꝛ non ſemꝑ planeta equaliter diſtat a polis imobilibus: alia in longitudine: qꝛ planete non equaliter percurrūt zodiacum: tertia in eleuatione ⁊ depreſſione: qꝛ idem planeta q̄n qꝫ plus appropinquat ad centruz terre: q̄n qꝫ plus diſtat: ꝓpter quas differētias aſtronomi vni planete cōcedunt plures orbes partiales: vt pꝫ in theoricis planetarū. Mens tamen Auerrois eſt: firmamentū primū mobile mouetur ab oriente ī occidentem in. 24. horis non complens reuolutionē: ſed facta reſtrictione ad vnū determinatū ſidus: illō in vno ſigno zodiaci morabitur ānis tribus millibus Saturnus ab oriente in occidentem motus tardius circuit q̄z firmamentū: ⁊ non cōplens reuolutionez in vnoquoqꝫ ſigno ſtat per duos ānos cū dimidio: Iuppiter adhuc tardius circuēdo ſtat in ſigno vno ꝑ annū: Mars. 60. diebus ⁊ vltra: Sol. 30. diebus. Uenus. 28. Mercurius. 27. Luna per duos dies cū dimidio.

**Cōmento.** 57. oportet vt numerus reuolutionuz in quibus eſt preparatio ad corrumpendum ſit equalis numero reuolutionū in quibus eſt crementū: ⁊ cū tempus iuuentutis ſit equale tempori ſenectutis. Senſus eſt: tempus generationis ſm naturam diciꝟ equale tempori corruptionis: qꝛ tempus acceſſus ⁊ receſſus ſunt equalia: a principio capricorni vſqꝫ ad principiū cancri: ⁊ a principio cancri vſqꝫ ad principiū capricorni.

**Rurſus** reſpectu ſpeciei datur minimū tempus per quod non poteſt durare: reſpectu tamen indiuidui tempus poteſt prolongari. vnde ad hoc vt animal ſit longe vite: requiritur humidum non facile exſiccabile: non parue quātitatis: nō aqueū: ſed aereū ⁊ pingue. Debitus calor ꝓportionatus humido: regio temperata.

**Commento.** 58. ait: Debes ſcire ꝙ quando poſuerimus hoc qꝺ dixit Ariſtoteles ꝙ tempus crementi eſt equale tempori ſenectutis: ꝓponemus hoc quod medici dicunt ꝙ tempus iuuentutis ſit in homine vſqꝫ ad. 35. ānos: ⁊ ꝓpter hoc vita naturalis ſtat ī. 70. annis: durationes tamen indiuiduorū poſſunt ꝯſiderari per reſpectum ad motū celi: ad motum aīe: ad cōplexiones: ad operationes: ⁊ inequalitas generabiliū prouenit ex inequalitate aſpectus ſiderū: ex inequalitate complexionum: ex inequalitate materie: ex inequalitate mixtionis elementorū.

**Auerrois.** 59. ait primo: ⁊ hoc qꝺ diximus ꝙ generatio ⁊ corruptio ſunt continue: non tm̄ ſequiꝟ ex cā materiali ⁊ agente: ſꝫ etiā ex cauſa finali: qꝛ iam viſum eſt nobis ꝙ natura ſemper mouetur ad nobilius ſm ꝙ pōt in vnoquoqꝫ: ⁊ ſm ꝙ pōt recipere vnūquodqꝫ: vnde finis ē triplex primus eſt quem agens intendit producere: vt laborans ſanitatem: ⁊ hoc modo: motus: generatio: corruptio: res materiales ſunt finis ſecūdarius intelligentiarum. 2. celi. 17. 21. 12. methaphyſice. 36. alius eſt quē agens intēdit cōſeruare: vt ſanus ſanitatez: exercendo ſe: aut intendit acquirere diſpoſitionem: qua poſſit cōſeruari: vt homo cibū: aut repellere nocumentum: in corruptibilia agunt pro ſui ꝯſeruatiōe aut intendit operari in quo cōſiſtit eius operatio: vt intelligētie mouēt vt cōſeruent ſe ſimiles prime. 12. methaphyſice. 36. 48. Tertius eſt cui agens intendit ſe aſſimilare: ⁊ iſto modo agūt intelligētie medie ad eandem intētionem ad quaz prima agit: ideo alie intelligentie conſeruant ſeipſas: ⁊ non prima alias cōſeruatiōe que eſt efficere.

**Item** ait: ⁊ qꝛ ens eſt melius q̄z non ens ⁊ ens verū q̄z nō verū: ⁊ verum ſm indiuiduū q̄z ſm ſpeciem. ratio eſt: natura ſemꝑ deſiderat melius: que licet non cognoſcat: tamen non agit niſi rememorata a ſuperioribus cauſis: ⁊ videꝟ velle Auerrois: naturā primo intendere indiuiduum q̄z ſpēm: verūtamen cōſeruatio ſpecifica nobilior eſt cōſeruatione indiuidui: quando non pōt tale indiuiduum idem numero ſempiterno tempore permanere. Generatione enim acquiritur eternitas in ſpecie ⁊ conſeruatur mundus: neqꝫ poteſt quiſpiam appetitu regulato ⁊ conformi rationi appetere eternitatez in indiuiduo: ⁊ dicebat Ariſtoteles. 5. ethicorū capite 13. multa eſſe quorū nullū neqꝫ voluntariū eſt: neqꝫ inuolūtariū: vt ſeneſcere ⁊ mori: ideo homo felix dato ꝙ morte pereat naturali: nec nolēs moritur: nec volens.

**Cōmento.** 60. ait: cauſa eniꝫ mixtionis eorum ⁊ adinuicez ⁊ mixtionis locorum adinuicem eſt motus circularis: qui ſi non eſſet ab eo ſegregarenꝟ: ſed mutanꝟ adinuicem ꝓpter motum duplicem orbis decliuis ⁊ motū none ſpere computando ſperam elementorū de numero ſperarum: vel motū octaue ſpere: quia apud Auerroim ſunt tantum octo orbes celeſtes: ⁊ eſt firmamētum primuz mobile: cuius ſtelle fixe ſunt partes integrales.

**Cōmento.** 61. ait: ſi motus eſt mouēs eſt: ſi motus eſt perpetuus: mouens ē perpetuū: ſi motus eſt cōtinuus ⁊ perpetuus: mouēs eſt imobile ⁊ non tranſmutabile: ⁊ ſi motus circulares ſunt plures vno: neceſſe eſt vt mouens ſit plus vno: ſed huiuſmodi motus ſunt plures vno: ergo ⁊ motores: ⁊ quia viſum eſt ꝙ omnia iſta mota aliquo modo mouentur eodez motu: ⁊ ex motu diuturnali: neceſſe eſt vt omnia iſta mouentia contineantur ſub eodem mouēte. Senſus eſt: Deus mouebit primū mobile primo: ⁊ planetas non primo: ſed mediate ⁊ remote: at intelligentie medie mouebunt ab oriente in occidentem īmediate. Et ſi dicas: Deum mouere īmediate omnes orbes planetaruz motu diurno: quia īmediate totum aggregatum ex omnibus orbibus motu vno numero ſimpliciſſimo. Contra: ergo prima intelligentia erit vnita ſm eſſe reale orbibus planetarum: ergo totum illud aggregatuz erit vere vnū ⁊ vere animal a tali anima: ⁊ cum illud cui

appropriat̃ p̃ria ĩtelligẽtia ſit primũ mobile: ꝙ totũ aggregatũ ex celis erit p̃mũ mobile: ꝙ totũ illud aggregatũ erit vnũ ꝯtinuũ: capiẽdo ꝯtinuũʒ ꝓ eo cuiꝰ motus eſt vnus numero.

**Cōmento.** 62. ait: cõſiderandũ eſt de continuatione motus: vtrũ ſit: q: ipʒ motũ eſt cõtinuũ aut perpetuũ: aut q: illud per qḋ mouetur aut in quo mouetur continuatio accidit. ſ. forma ⁊ locus: ⁊ manifeſtum eſt ꝙ continuatio non inuenitur primo niſi in magnitudine: ⁊ q: motũ hʒ magnitudinẽ: neceſſe eſt vt cõtinuatio ſit ex moto: diſpoſitio eniʒ illius ſcilicet forme non eſt continuatio niſi quia eſt in cõtinuo: ſed tamen non eſt prohibitum dicere continuũ in loco: locus eniʒ eſt magnitudo: ⁊ magnitudo continua prima in qua non eſt poſſibile eſſe magis ⁊ minus ē prima ſperica: vnde ſucceſſio in motu aliquando eſt ex parte mobilis: aliquando ſpatij: interdum vtriuſqʒ deambulatio eſt motus continuus ⁊ eſt animal cõtinuuʒ continuitate naturali non mathematica. Quare dicendũ eſt: ꝙ vnitas motus pendet ex vnitate mobilis per ſe: nõ mobilis per accidens: neqʒ per partem: expoſcit ẽt vnitatem temporis. i. vt tempus nõ interlaxet: vult ⁊ vnitatem rei circa quã verſat̃ motus: in alteratiõe enim vna numero eſt vna forma numero fluens a principio vſqʒ in finẽ alterationis in augmentatiõe ⁊ decremento fluit eadem quãtitas ſub alio tamẽ ⁊ alio termino: Motui locali ſatiſfacit idẽtitas ſpatij continui vel cõtigui.

**Circa.** 63.64.65.66.67. aduertendũ eſt: omne corruptibile de neceſſitate corrumpet̃: nõ tamen omne generabile de neceſſitate generabitur. ⁊ ratio eſt: q: quelibet materia prima genus formarum reſpicit ⁊ talem naturalem reſpectuʒ ad formam fruſtrari non poteſt: quare opus eſt vt quodvis corruptibile tandem deficiat: Certi autẽ ⁊ ſignati generabilis non eſt neceſſaria generatio: niſi quãdo in materia incipit eſſe potentia reſpectiua eſſentialis: potentia namqʒ materie reſpectiua accidentalis ad ſignatã formaʒ impediri põt: ſed demonſtrati corruptibilis corruptio eſt ineuitabilis: qm̃ per preſentiam forme illius corruptibilis in materia ſignata eſt illa materia ĩ potẽtia ad genera multa formaꝝ ⁊ talem potentiam actuari oportet.

**Circa** textũ cõmenti. 68.69.70. ſciendũ ꝙ generatio non procedit in infinitũ: nec ſʒ rectum: nec ſm circulum: ſm rectum in ſpecie: ⁊ nõ in numero. Hec aũt propoſitio corruptuʒ non reuertitur idem numero: vera eſt ſm Ariſtotelem: tũ quia materia non plus eſt in potẽtia ad formã corruptaʒ q: nulla eſt potentia ad preteritũ. Volo ẽt ad intentionem Cõmentatoris Platonẽ generari a ſorte ⁊ ꝑ ſe ⁊ per accidens: per ſe: q: eſt eiuſdem ſpeciei: per accidens: q: non eſt inter indiuidua ordo eſſentialis 5. phyſicorum. 13. ⁊ q: põt impediri. Hec ſunt que his diebus ⁊ horis ſubciſiuis noſtris in lecturis ordinarijs multa ad cõe oium ornamẽtũ copioſiſſime tractant̃: ⁊ precurrere propoſuerã ſupra duo de generatione ⁊ corruptione volumina.

Finis.

Habetis ſacre phyloſophie cultores opinatiſſimi cõmentarios in tres de anima libros: Parua naturalia: libellũ de ſubſtantia orbis Auerrois: necnon ⁊ in duo de generatiõe ⁊ corruptione volumina editos ab excellentiſſimo artiuʒ ⁊ medicine doctore Tiberio Bacilerio Bononienſi Papie phyloſophiã ordĩariã publice docẽte: ãno. 1508.

Papie Impreſſi per Jacob de pauciſdrapis de Burgofrãco. Anno domini. 1508. die. 24. Menſis Julij.

## Regiſtrum.

Prima alba
Tiberij Bacilerij
⁊ hec eſt cauſa
B
tio impoſſibile eſt
Auer. dicit
liter eſt
C
Operationem
ri nequit
prime pfectiõis
D
vnũ quoddã
tum ⁊ noiales
⁊ illud
E
laborat
rare nequeũt
Tex. cõmen.
F
ſepe ad
de potentia
Auerrois
G
eſt ad ſolum
illuminabilia
ergo caliditati
H
Dico primo
antellectus
ũt exiſtit
I
cipit ſpũaliter
imaginate
ctiones: eſt
K
credidit
re materiali
Sentẽtia
L
ergo eſt
Poſtremo
imediatam
M
Tiberij
cipijs: altera
tem ꝙ preceptor
N
quenter
Democritus
pateat
O
diſtinguere
Sermo
minato
P
ſuiipſius
non eſt
Q
Tiberij
acquiritur
ꝙ principiũ
R
ponuntur:
talem partem
corporibus
S
intelligẽtia
re ſub forma
tio ex ſimpl'r
T
qḋ hoc modo
vocant̃ ptes
decrepitis
V
milis
neceſſitate
ſimplex

Magnifico excellentiſſimoqʒ artiũ ⁊ medicine pricipi magiſtro Ambroſio ḋ Roſate: ducali prothomedico: Jo. Franciſcus Stuppa ſapientiarũ liberaliũ: medicineqʒ Candidatus: foelicitateʒ ſempiternam.

PLinij (quẽ aemulari claſſicis ſcriptoribus pronũ: imitari vero nõ arduũ: ſʒ impoſſibile eſſet) libro. 35. verba de Timante Pictore in cõfeſſo excellenti ſunt: Timanti vel plurimũ affuit ingenij: eius eiʒ eſt Jphigenia oratorũ laudibus celebrata: qua ſtante ad aras cuʒ meſtos pinxiſſet oẽs: precipue patrẽ: cum triſtitiae omnem imaginem conſumpſiſſet: patris ipſius vultum vellauit: quem digne non poterat oſtendere. Quo ſit vt hanc epiſtolaʒ meã patris illius vultui comparem: cum digne quae dicturus ſim oſtendere nõ poſſim: nam tantus eſt in te omniũ virtutum fulgor: vt nullo dicendi genere quae vellẽ exequi valeam: Tu tamen medicorũ omnium facile princeps Metropolliſqʒ noſtre Aſtrum fulgidiſſimũ: aequo aio feres aliquid de tuis laudibus culpa ingenioli mei detereri: ⁊ loco nugarũ mearũ accipies quae Tiberius noſter Bononiẽſis phyloſophiam in offertiſſimo Ticinenſi tuo litterarũ Emporio publice interpraetatus: nuper in naturalibus edidit: Cõmentarios inquam in tris de anima libros: in duobꝰ de Gene. ⁊ Corru. inqʒ libello Auerrois de orbium ſubſtantia: mox in paruis naturalibus: Tum Pontifici optimo Maximo Julio ſecundo: cum Reuerendiſſimo. d. d. Cardinali ſancti Georgij: nũcupatim dicatos: eo id eos valde nobiliores fore exiſtimans (multa enim pretioſa videntur q: templis ſunt dicata: vt inquit Pli.) quos ſic mediocriter caros tibi futuros ſpero: vt Homerꝰ ille Alexãdro fuit: ſcio etenim quã enixe ac idẽtidem in phyſicalibus ſcientijs aliquod non minus nouum: ꝗ elegans opus efflagitaueris: ⁊ ita erit vt tantum Tiberianis interpolis delecteris: (⁊ enim phyloſophie Porcus eſt: vt de Varrone quidaʒ dixerũt) vt eũ omnibus honoribꝰ ne tantum filiali caritate dicam: ſemper proſequaris. Tu. n. ingenia foues extolliſqʒ: vt potiſſimum ſit vnde tot illuſtria ingenia: tot opinatiſſimi intellectus veluti michantia ſydera renidant: multũ etenim refert in quae cuiuſqʒ virtus tempora inciderit: vt idem dicit Pli. Quippe ſcis quãti ſit litteris excellere quibus quam diuitijs malebat magnus ille Alexander: ijs dico: quibus (vt fatur Cicero) infinitateʒ rerum atqʒ naturae: ⁊ in hoc ipſo mundo: Celum: Terras: Maria: cognoſcimꝰ: nec magnũ duntaxat: verũ ⁊ paruũ mundum: hoiem aio: ſpeculamur. O Artiũ omnium illuſtriſſima mortalibus diuinitus elargita: ſola es quae Regibus ⁊ Imperatoribꝰ imperas: vñ non imerito Lex iubet imperatoria Archiatros regijs muneribus decorandos eſſe: cũ ꝑpter neceſſitatem creauerit medicuʒ altiſſimus: iuxta illud Propheticum: qui tam animae ꝗ corpori opituletur: nam non bene regi animum ſine medici beneficio abunde diſputant ⁊ Galie. ⁊ Pla. ⁊ enim in tanta diſcordi membrorum republica quo modo poteſt dux animus bene impitare? tanꝗ Sicca in vagina diſlocata non apte põt exeri nec locari: recte igitur dictũ eſt: Medicine inuẽtores deos fuiſſe: quae ſaluti hominũ queſita eſt: vt Apuleus dicit: Multas gentes p̃teritis tẽporibus ſine medicis degiſſe legimus: non tñ ſine medicina. Verum tibi huius artis Antiſtiti in medicina corona debet̃: publicaqʒ ſtatua: vt olim Antonio muſae factũ accepimus: qui eã veluti extorrẽ reuocas: ſquallentẽqʒ ac pãnoſaʒ Gẽmis ⁊ Tyrio comis: nil. n. ad ornamentũ (ne tantũ neceſſitatẽ eius dicã) attinens: te pterijt: ⁊ vt tranſeam mathematicalia diuinas: dialeticas oẽſqʒ alias infinitas ferme quas cales ſcientias: de quibus melius tacere puto quã pauca ſcribere (vt cum Hieronymo dicam) ad Praxim deuenio: Dij boni quantus in ea ſis nemini nõ notũ ē: certe deũ non magis ꝗ mortalẽ vlli te credunt: Aſclepiadẽ legimus cũ fortuna ſpopondiſſe ne medicus crederet̃ ſi vnquã inualidus vllo modo fuiſſet ipſe: idẽ de te dicẽ poſſumꝰ: tãta ē ꝑter doctrinaʒ: ⁊ expimenta fati tui clementia ⁊ bonitas: opʒ n. medicũ maxie fortunatũ ⁊ natura prudẽtẽ: ita vt minime opus ſit alio medico vbi Ambroſius eſt: vt Pelopidas de ſeſe aiebat: minime. ſ. opus eẽ alio duce vbi Pelopidas foret: ⁊ ꝑfecto aliqñ (vt obiter dicã) nihil aegris magis officit ꝗ medicorũ multitudo: a qua ſe iuuari opinant̃: nã dũ ſoluũt: dũ ad amuſſim argumẽtant̃ (ſcire n. ſuũ nihil ē: niſi ſe ſcire hoc ſciat alter) iteriʒ eger torquet̃ iterdũ ex hoc morit̃: veritas ꝗppe nimiũ altercãdo amittit̃ dicit Sene. r̃fert Dion Adrianũ moriẽtẽ dixiſſe: turba medicorũ regẽ pdidit: veꝝ hoc fungunt̃ priuilegio ꝙ cũ alioꝝ oiuʒ errores in lucẽ ꝓdant̃. Sola medicoꝝ piacula terra coopit: merito ꝙ ḋ pictore dixit Socrates: q medicinã arti pigẽdi ſuffecit eũ caute egiſſe cũ artẽ deſeruiſſʒ quae defectꝰ ſuos haberet i apto: eãqʒ cõplexꝰ eẽt cuiꝰ error certa terra tegit̃: vt refert Petrarcha: iõqʒ dictũ ē nulla lex ē q̃ puniat īſcitiam capitalẽ: nullũqʒ ē exẽplũ vĩdictae: diſcũt piculis alienis: ⁊ p expimẽta mortes agũt: vt ait Pli. nr̃: medicoqʒ tm̃ occidiſſe hoieʒ ſũma ĩpunitas ē: veꝝ ḋ torpidis Clinicis loqt̃ Pli. i quoꝝ maĩbꝰ aeger occidit̃ nõ morit̃: Adde in pronoſticis quantum propheta vateſqʒ ſis: quaʒ quideʒ artem: non medicam: ſed diuinam autumat Galie. nam futura fatuari Deum medius fidius non ho/

minem fert praeſe: quare Beroſo Aſtronomo ob diuinas praedictiones Athenienſ.
publico gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere: vt ſcribit Pli. in qua quidem
ſcientia: quo te predicato (vt dictione dicam logicali) inſigniam haud ignoro: niſi te
Modernum Beroſum: mediolanenſemqꝫ Ptolomeū nominauero: hinc aſtrorum
praeſcita: Criſiumqꝫ: ac exacerbationuꝫ ⁊ valitudinum ſpes ⁊ deſperationes hinc
medicinarum doſes ⁊ qualitates (vt etiam temporum rationeꝫ amplectar) Taceant
igitur atqꝫ igitur homeromaſtige aſtronomiam floccifacientes ⁊ genethliacis crede/
dendum ſuſqꝫdeqꝫ facientes: vtpote neceſſariam: ne dicam vtilem medico euntes
inficias: Theſſallumqꝫ iam ſatis ſuperqꝫ: in veſtibulo primi de ſanitatis ingenio re/
dargutum exploſumqꝫ intueantur: Hipocrates ille medicorum Deus tam in affori
ſticis documentis: ꝙ̃ in reliquis omnibus libris ſuis medicum vult aſtronomū: iſtis
philoſophorum ſchole adſtipulantur: 8. phyſi. ⁊ .4. meteoꝝ capitibus vtriuſqꝫ pri
mis: vt omiſſum faciam Conciliatorem differentia decima: Appolloniūqꝫ dicenteꝫ:
medicū ſine ſtellis: ⁊ nigromanticum ſine oſſibus mortuorū eſſe quaſi ymaginem a
ſpiritibus viuificatam: nimiruꝫ eſt igitur ſi tantū cū te fortuna deciditur. Queret ali
quis vnde ducum? vnde principū omnium dilectiones ⁊ fauores: vnde priuilegia?
honores? xenia? imenſeqꝫ opes? nempe ex doctrina: nempe ex vigilijs tuis ſcaturi/
unt: ideoqꝫ eſt ꝙ etiam omnibus fere horis ſis in tuo gymnaſio quo nihil dulci⁹ ni/
hil amabilius tibi videtur: iugiterqꝫ tam antelucanis ꝙ̃ ſerotinis temporibus (vt
plus olei ꝙ̃ vini abſumas: ſicuti de Demoſtene viſus eſt dicere Hiero.) palaeſtra
litterali exercearis. O me miſerum: mihi luditur: o me miſerum inquam: in tanta p/
fectione? in aetate in qua oculus mentis Lynceo obtutu cernit? illa enim ſapientiae
condimentum eſt: vt Plau. in Trinūmo: in qua dico quaſi turpe eſt ad librum reſpi
cere. Citentur igitur mulierculae ac noſtra tempeſtate mendicas: ne dicam medicas
artes profitentes: quae vix ſyllabarum elementa dignoſcunt: hae ſunt quae ſecum
Sandapilam ⁊ Veſpilones ducunt: proh dignum facinus neqꝫ eniꝫ minus turpia
ſunt medico multa funera: quaꝫ principi multa ſupplicia vt ait Sene. O fallaciſſi/
mum ac peſtillens genus: o humani generis purgamenta ne excrementa dicaꝫ: cum
in hac parte lectoris auribus honor praefandus ſit: non ne te pudet ignorantiae ac
temeritatis oliduꝫ animal per inſtructas tot Illuſtriū viroꝝ acies agminatiꝫ opinio/
nibus vtrinqꝫ confiictantes te ipſum in medio ponere eaſqꝫ diſcriminare: eia inge/
nij faſces: fallaciarū Cenſores caſtigatiſſimi: cum expectato reſoluunt ora ſono: ne/
qꝫ abeſt facundis gratia dictis: vtinam relique arbores talibus ſimiles fructus fa/
cerent: vt olim dixit Cynicus: cum duas ex Oliue arbore pendulas vidiſſet: profe/
cto a vate dictum eſt: omnis ignorans flagitioſus: cum ſibi ſollum ſapiant ſemellae
Sciolae: optimus enim ⁊ grauiſſimus quiſqꝫ Philoſophus multa ſe ignorare confi
tetur: ⁊ multa ſibi etiam atqꝫ etiam diſcenda eſſe: Scribit Cice. cui conniuet Lactā
tius qui ſtultiſſimos: putat qui perfectam ingenijs ſuis ſapientiam eſſe credant: cū
ille vere non indoctus eſſe non poſſit qui ſe doctum putet: nam ⁊ priſcos ſapientiſſi
mos multa ſciſſe: non tamen omnia: credit Columella: optime ergo Dorias apud
Comicum: Pol qui ſapit quod ſcit neſcit: Socrates item omniuꝫ oraculi iudicio ſa
pientiſſimus: vnum hoc ſe ſcire ꝙ nihil ſciret aiebat: Sed vnde eſt ꝙ e veſtigio tali/
bus fides adhibeatur: vnde eſt ꝙ in hac artium ſola euenit: vt cuicūqꝫ medicum ſe
profitenti ſtatim credatur? cum ſit periculuꝫ in nullo mendacio maius: vt aſſerit Pli.
Laboramus nos ſacris initiati diu noctuqꝫ in tanta librorum multiplicitate ab incu
nabulis ne per decēnium dicam tanꝙ̃ ergaſtula: ⁊ continua ſtudiorum Aſcia dola/
mus ingenium: vix tamen emergimus: vix proficimus: femine vero in delitijs: que
non niſi ventrem curant ⁊ que ventri proxima ſunt: actutum vna gennarum colli/
ſione: in Eſculapium prodeunt: Medici igitur fiunt: Medicisae naſcuntur: vt Ja/
ſonis Terrigenae: ſꝫne extra metas aepiſtolares exorbitē ad ꝓpoſitū repedādū ē. Vi
des itaqꝫ litteratorum adminiculum: occuliſſimeqꝫ tanꝙ̃ pater in haſce: Commen
tationes apud Tibe. noſtrum proxima foetura natas quas omnes vno anno ſchola
ſticis ſuis publice ordinarijs partim: extraordinarijs partim vicibus lectitauit: tan/
tum ille honori: vtilitatiqꝫ noſtrae conſulit: ⁊ enim Tiberianum ſtipendium: murci
dos: inactuoſoſqꝫ milites non patitur: cum crebra lectione exercitum ſuuꝫ recogno
ſcat: in qua editione Carioſas ac obſoletas quorundā opiniones minime veritati cō
ſentaneas refellit: veritas eiꝫ veritati non refragatur neqꝫ virtus virtuti vt ait Se/
ne: in. 2. d Cleme. nihil enim ſine forti probatione demolitur: nec tamen noua ſic cu
dit vt vetera deſtruat: Sed oportet ꝙ ſermo poſterioris ſit acutior ⁊ rectior: vt ſen
tit Auer. quarto celi: ⁊ mundi: nam quanto recentiores: tanto perſpicatiores/ dicūt
Legulei pro merito itaqꝫ voluminis laus ois inferior eſt: ꝙ breue eſt in verbis ſed
longum in ſententijs: vt rarus ſit qui non in eius cecutiat lectione: vt vtar ver/
bis diui Hieronymi: nulli enim Neotericorum animaſticorum ſecundum illud
exiſtimo: vt nec iniuria de eo dixerim illud Baptiſtae Carmelitani: o liber obrizo

multū praecioſior auro: nā oportet Theſauros eſſe. nō libros dicebat Domitius Pi
ſo: quid miru igitur? ſi Jſocratem (illu credo de quo dicebat Ariſto. turpe eſt tacere:
⁊ Jſocratē pati dicere) vnā orōnem viginti talentis vendidiſſe legimus? Iteꝫ ⁊ Pli/
nium noſtrum Cōmentarios ſuos: Lartio Licinio quatercētū milibus numū potuiſ
ſe vendere? nā ſane haec ſunt eſculentiora animi aedulia: animiqꝫ noſtri ex ꝓmptua
rio Tiberiano Macteae ⁊ poenora que vere bona delectabiliaqꝫ ſunt: cūctis opib⁹
praeponenda: extat aliud opus ſuper octo libros auſcultatorios: anno elapſo Tibe
riana incude elaboratū: opus certe abſolutiſſimum: omnibuſqꝫ eminentiſſimis vi/
ris non tantum ſpectatiſſimum: ſed ⁊ admirabile: in quo ſic loquutus eſt: vt ſi Jupi/
ter ipſe in philoſophia: loqui vellet aliter non loqueretur: cuius doctrina pluriuꝫ li/
brorum inſtar obtinet: vtpote quae tam diuinis ⁊ mathematicis documentis: ꝙ̃ et
Dialeticis Calculiticiis meandris: conſpicua ſit: dictaqꝫ ſint nulla ad nature: ope/
riſqꝫ ſpecimē non pertinentia: ꝙ Hercule diuinum ac celeſte quoddā potius ꝙ̃ hu
manum reor: precipue cum vndequaqꝫ vngues ⁊ Calami zoylorum cateruatim cir/
cūſtent vt dicta iugulent: haud ruditer ergo factum: ꝙ de Antonio ferunt animad/
uerto: qui nihil vnquam ſcripſiſſe traditur: ne tabellis obſignatis ſecum ageretur:
ſi quid perperam enunciaſſet: Sed haec ē gloria Tiberij noſtri philoſophoꝝ primi:
ac primoꝝ principis: vt opera eius nullius laudibus creſcant: nullius vituperatiōe
minuantur vt de Homero mātuano dicit Macrobius: nam ſi ex eis verbuꝫ aliquod
Demas mutes ve: tum de ſententia cum de elegantia detraxeris oportet: vt de Ly
ſia ⁊ Platone Phauorinus ſolitus eſt dicere: in eis enim vim Demoſtenis copiam
Platonis: ⁊ Jocunditatem Jſocratis effinxit. En: iſtud eſt Enchirydion meum: vt
Socraticus ille Xenophon: Affricano: ⁊ Ciceroni erat: ⁊ quicquid boni in huiuſ/
cemodi diſciplinis habeo: ab ipſo habuiſſe palam confiteor: eſt enim benignū ⁊ ple
num ingenui pudoris fateri ꝑ quos quis profecerit: mutuūqꝫ reddere: cu precipue
vt ſcribit Ply. ſors fiat ex vſura: ⁊ credo ꝙ iſte homo ſit regula in natura ⁊ doctrine
exemplar: ꝙ ipſa inuenit ad demonſtrandū vltimam perfectionem humanam in ma
terijs: ſicuti de Ariſt. dicit Tiberij Intelligētia ⁊ Endelechia: Auerrois: Hec itaqꝫ
ſunt que Tib. nouiter edidit: quibus iam ſatis glorie ſibi queſitum eſt: ni animus in/
quies paſceretur opere: nam ſubſeciuis horis tractatum Calculatoris de intenſio/
ne: ⁊ remiſſione tanꝙ̃ e Cimerijs tenebris reuocatū enodauit: hic etiam impreſſus
eſt: in quattuor celi ⁊ mundi: ⁊ Meteoris: ſuperqꝫ Tegni in medicina cōpilatiōes
condidit: manu dūtaxat exaratas: quae anno futuro ſtudioſis Dijs imprimentur:
exibuntqꝫ in lucē euigilatae Tiberij nri Centurie: quibus Vitiligatorū turme ter/
ga curriculo dabunt: ⁊ enim impoſſibile eſt eripere ſtillum Tiberio ⁊ clauam Her/
culi: Quid: quod ſemꝑ vel ſtudet: vel ſcribit: vel legit: vel dictat actuarijs: vt nulla
ſit hora: ne diem dicam que ſine linea tranſeat tanꝙ̃ oē tempus ꝑire arbitreť ꝙ ſtudi
is non impartiatur: Proh dij deaeqꝫ omnes quid ego faciam? in tanto litterarum
Salo: Craſſa: vt aiunt: Minerua: cū ſapientum magiſter in continua vita moratur:
Somni preterea parciſſimi eſt: vtpote qui euꝫ cū valitudine computet: aſſidue qua/
ſi ſpeculatur: ita vt veritatem maxime habeat illud Hermetis Triſmegiſtae: homi
nē. ſ. ligamētū eſſe ſuꝑ iorū cū iſtis inferiorib⁹: cūqꝫ dico hoieꝫ: ſapientem itelligo
(hō. n. equiuoce de docto ⁊ indocto: ſicuti de viuo ⁊ lapideo enūciať) Sed praeter
caetera clamentiae: comitatiſqꝫ inſigne illi genuinum eſt: cum omnibus humili/
me verſatur: ſcholaſticos ſuos docet: irritat: euigilat: animatqꝫ ad labores: ⁊ ſtudia:
libentiſſime eis auxiliať: vt an patrem officioſiore: an magiſtrū meliorem ſe praeſtet:
non ſatis animo concipiaꝫ. Adde quanta apud omnes eius auctoritas ſit: quae pro
ratione eſt: vt teſtatur Quinti. de nobis dicam cuꝫ in corona digladiamur: dicē Tib.
dixit ſufficit ad victoriam: vt de Pythagoreis etiam legimus: naꝫ e caſtor veriſſi/
mis: defecatiſſimiſqꝫ doctrinis flumen illud aureum totum Gynnaſium noſtrum
inundauit: veritatemqꝫ aperuit: que in cunctis rebus ab intellectuali virtute deſide
ratis naturaliter: nil carior: dulcior: ac dilectior eſt: vt in diſputationibus in Algazel
ſcribit Auerrois: Quid: quanta in legendo eloquentie vi tonat ſententias: in qua(
abſit tamen inuidia verbo) reliquos a ſe omnes eminus relinquit: ⁊ vt dicendi ſer/
em omittamus (in qua nihil ſuperflui: nihil mutilati auditur: tanꝙ̃ ſi ⁊ ipſe Dijs vo
ta feciſſet. Suggeſtum aſcenſurus: ne aliquod inſolens: ⁊ inuſitatum verbum: ꝙ tā/
quam Scopulum eſt euitandum: vt ait Caeſar: ⁊ ad rem non pertinens effutiret:
vt Pericles faciebat: pronūciationēqꝫ quam primum ⁊ ſecundum: ⁊ tertium ꝙ in
Oratore eſſet cenſuit Demoſte. quo nil gratius: nil dulcius: amabilius ve eſt: velu
ti ſi Xenophontiaca illa Pytho: in eius labijs ſederet: vt nunquam audientum in/
genijs faſtidium pariat: quid enim iocundius eſſe poteſt ꝙ̃ grauiſſimas philoſopho
rum ſententias: eloquentiſſimis verbis declaratas audire: iuxta illō: oē tulit pūctū
qui miſcuit vtile dulci: vn̄ ſe ſit vt ex eius Archetypo tot cōſumatiſſima effigiet in/
genia ꝙ ex eius litatorio ludo: tanꝙ̃ ex Equo illo Troyano: inumerables litaꝝ pri

cipes exiliãt) ad modũ eius circulandi deuenio: quid dicã quã velis (vt ita loquar)
paſſis in cõnatatorem veliſicet: Fulgetraqꝫ ac tẽpeſtates argumẽtorũ pluat: ipſe vo
tanqꝫ Cautes i medio fluctuũ extriſidus nauiter pſiſtit: mõ retorquẽs: mõ dclarãs:
mõ gloſans: vt in nullo ſit videre pmptiꝰ ingeniũ tenacioreqꝫ memoriã: quã artem
factã a Symonide: a Metrodoro ſcaepſio cõſumatã: ſcimus: modo theologorũ: mõ
philoſophorũ: aliorũqꝫ: vt expoſcit materia: auctoritates citans: aliquãdo rationibꝰ
certat: vt neminẽ vnqꝫ animoſius ardentiuſqꝫ arietari (ira quippe virtus Cos eſt) vi
derim: alioquin decorem auctoritatemqꝫ tã Cõcurrentis qꝫ ſuã in oibus grauiſſime
ſeruans: nõnũquam licentiori lepore (ꝙ in picturis greci parerga vocant) diſputa-
tionem pingit: vt moris eſt: ita tamẽ vt Sales ſui ſint ſine dẽte: Sed in hoc maxime
quis mirabitur quod extempore in omni queſita materia reſpondeat: vtpote omni
bus: omnia factus ſit: vt ait Paulus apoſtolus: Sed ne volumẽ potius qꝫ epiſtolaꝫ
miſiſſe videar receptui canendũ eſt: & qm̃ hac mea donare te imortalitate non poſ-
ſum qua donare ſe fatebatur ad quos ſcripſiſſet Appion grãmaticus. Saltim meip-
ſuꝫ tibi dono: cũ nihil te dignũ ꝙ mittã habeã: vt dixit Eſchies Socrati: Vale Ma-
chaonũ ciuium Cor & honos: Joãneqꝫ Frãciſcuꝫ tuum cõmendatum habeas. Vale
inquam auſpicatiſſimis auibus: dextroqꝫ Genio.

¶ Hieronymi vercellenſis comitis ſtirpiane carmen.

Quũ foret humano generi coniunctus ab extra
  Spiritus: vt nobis iungeret ille deos:
Difficilis tamen acceſſu pauciſqꝫ patebat
  Callis: longeuo marte parandus erat:
Prouida ſed tandem noſtros miſerata labores.
  Natura: hinc primũ te ſtagyrite tulit:
Dogmata fundantem nullũ peritura per aeuũ.
  Quis bene dedalea eſt tum patefacta via:
Venit & heſperio tenebroſus Auerroys orbe
  Ingenio geminos pretereunte polos:
Hos fera barbaries longis vitiauerat annis:
  Sacrilegam quatiens inuidioſa facem:
Gorgones: Arpyae: Briareus ac belua lernae:
  Inqꝫ nouas centũ corpora verſa feras
Vidit: & indoluit ſtudioſa Bononia: vidit
  Et coniuratas perdidit vlta manus:
Reſtituit raptas meus ecce Tyberius artes:
  Herculea ſternens monſtra cruenta manu:
Ingenio rabidam ſuperauit & arte carybdim
  Oraqꝫ lerneae prodigioſa ferae:
Et modo que vaſtum nabãt fera monſtra per equor
  Ceſſere: & flamas ore chimera vomens
Jam tenet infernos diſcordia ſceua receſſus:
  Et latet in ſtygio non reditura lacu:
Jam lites: iaꝫ bella ſilent: pax candida coelo:
  Venit & aetheraeae concinuere tubae:
Urticae tribuliqꝫ iacent: fert balſama tellus:
  Albaqꝫ purpureis lilia mixta roſis:
Pandite iam ventis iuuenes caua lintea: ſyrtes
  Amplius aeolias nec trepidate minas:

¶ Antonij teſtatoris de foſſano pedemontani Ad lectorem Carmen.

Solus phyloſophi dogmata quo patent
Pulcre: doctus Auerrhus
Scriptorum varijs ſenſibus hactenus
Confuſus: mutiluſqꝫ:
Nunc clarus: lepidus: floridus: aureus:
Fida menteqꝫ pollens
Cura extat Tiberi: Qui ſapientiam:
Doctrinam: eloquiumqꝫ:
Rarus quis nituit ſcriptor in hunc diem
Stabili foedere iunxit:

¶ Bartholomei vallarij tridinatis in philoſophorum principẽ Tiberiũ Bacileriũ pceptorẽ carmen.

Fulmina nequicquaꝫ altitono: vel carmen Homero
  Alcidae aut clauaꝫ ſurripuiſſe licet.
Nunc & Ariſtotelis fruſtra lacerare Tiberi
  Dogmata cenſetur te duce quiſqꝫ graui:
Deſinat hinc rabies: nec te mala turba canino
  Dente petat naſum rhinocerotis habens:
Cuncta obſcura patent: mendoſa volumina caedunt
  Et ſoli exuperant omnia clara viro.
Aedipeda reſerata ferant aenigmata ſphinges
  Corduba ſed ſcriptis: & ſtagyrita tuis.
Auſpice te iuuenes: ſumant primordia ſacrae
  Et diſcant ſophiae poſteritatis honos.

T

in